7 suz sit tps imemorabile. Opoꝛtet. n. ꝙ decursi sunt cētū † anni
ad hoc vt dicat nō extare memoriā hominū, ꝭ Inno. Host.
ꝛ Card. i. c. gd p nouale. de vb. sign. vbi docēt modū ꝓbādi
nō extare vel extare hois memoriā. ꝛ docet ēt Specul. de pro
ba ꝭ. j. ꝟ. fi. viii. seqt. ꝛ sequē. Scđo, rūdet ꝙ nō ē satis ꝓbare
ꝛ allegare cursuz cētū annoꝝ, ꝛ vltra nisi ēt ꝓbet ꝛ allegēt fa
ma priuilegij, seu trāsactionis, ꝭ Card. ꝛ Feli. i. d. c. ij. ꝭ. sicut.
de deci. Feli. i. c. accedēs. col. iiij. de pscrip. ꝛ lz Bal. i. d. tracta
8 tu dicat doctores cōiter sentire ꝯriū, tū ꝯcordāt † distinguēdo
iter specialē ꝛ determinatā famā priuilegij habiti a tali pōtifi
ce, aut trāsactionis inite, cū tali plato. Nā ꝓbatio talis specifi
ce fame, vz quodāmō īpossibilis. Et isto mō pcedat ꝯ opinio
nē Bal. ꝛ sequaciū, ꝛ famā īdeterminatā priuilegij, ꝛ nūc proce
dat opinio nr̄a, nā facile ꝓbari pt ꝙ fama ē nō soluisse mena
menes, q2 priuilegiati fuisse dicūt. Alioqn si diceremus sufficere
cursuz tpis absqz ꝓbatiōe fame, i genere nūquā pcederet, nec
verificari posset cōis, ꝛ vera sñia doctoꝝ, ꝙ libertas decimas
soluēdi pscribi nō pt, ēt cursu annoꝝ mille, q2 sp allegabit priui
legiū, ꝛ hmō ꝓhibitio pscriptionis erit vētosa, ꝛ frustatoria ꝯ. l.
ij. C. cōia de lega. ꝛ. c. cū cām. de elec. ꝛ dabit occasio fraudib⁹
ꝛ malitijs ꝯ. l. ꝯuenire. ff. de pac. dota. c. sedes. de rescrip. Idō
amplectēda mihi vz hmōi distinctio q̄ eqssima ē, ꝛ hominū
malitijs occurrit, q̄ visa fuit amplecti capella Tholo. decis.
cccxxxix. scrip. itē fuit q̄situ. ꝛ ego quoqz amplexus sum i. c. ij.
col. fi. de iudi. ℂ Sed posita parte affirmatiua i pcedēti, q̄rit
scđo, an saltim debeat decima de oliuis ꝛ amigdalis pdioꝝ, q̄
erāt cultiuata vel vineata, seu vitibus plena ꝛ de qbus decima
solui cōsueuit, videret decimā deberi, ꝓ tex. i. c. cōmissum. de
deci. vbi dz, ꝙ si pascua ꝯuersa sunt i terras cultas, vel domos
i vineas soluēda est decima, sicut prius soluebat, ꝛ ecō, si prius
nō soluebāt, nō ēt modo soluenda videt. Cū igitur prius de
vino, ꝛ frumento dictoꝝ pdioꝝ solueret decia de oliuetis ꝛ
amigdalis, nūc qqz soluēda vr, ꝛ ꝓ hac sententia facit, q2 nō lz

emphyteote mutare formā rei, puta reducere formā in vineā
ꝛ domū ad areā, scđm Floꝛia. in. l. hactenus. ꝭ. Cassius. ff. de
vsufruc. Jas. i. l. j. col. penul. C. ꝺ iur. emph. ꝭ nō ēt licuisse vr
menamētib⁹ mutare vineas ꝛ culturas in oliueta, i pīudiciū
ecclesie. Tertio facit tex. in. l. repeti. ꝭ. fi. ff. quibus mod. vsu
sfruc. amit. ꝛ i. l. si eo loco. ꝭ. fructuarius. ff. si serui. vendi. vbi
dī ꝙ ꝓprietarius q mutauit formā rei i dānū vsufructuarij de
dolo actione tenet, q2 eius facto extinctū fuit ius vtēdi fructi
dicqz. Sic qqz nunc dicēdū vz in casu pīsenti, vt de dolo tene
ant menamēles, q2 eoꝝ facto extinctū foret ius decimādi. In ꝯriū
facit, q2 si oliueta de qb⁹ nulla debet decima reducta fuissent
in vineas vl' terrā cultā, soluēda foret decia vini ꝛ bladi, vt de
cidit Cardi. Floꝛ. i cle. j. q. vj. de deci. ꝭ ita dicēdū ē, vt ita se
habeat oppositū in opposito, sicut ꝓpositū in ꝓposito. c. co
gnoscen. ꝺ cōstitu. l. fin. ꝭ. fi. ff. de lega. iij. ℂ Et q2 ꝯrioꝝ eadē
est disciplina. l. j. ff. de his q sunt sui vl' alie. iur. cū cōcoꝛ. Quid
tenendū mihi vz inspiciēdū eē mentē menamēsiū, nā si mu
9 tauerint in † fraudē, eos teneri puto, als non. Ita vult Card.
Flo. in. d. c. cōmissum. ad fi. post Host. Ad cognoscēdū autē
verū mutauerint in fraudē, puto inspiciēdā fore nāz pdioꝝ,
nam si aptioꝛa sui natura sint ad vineas ꝛ culturā, q̄ ad amig
dala ꝛ oliueta, cōstat ꝺ dolo, q2 cōmodo eoꝝ cōstat nō fuisse
mutatā formā pdioꝝ, si ꝟo magis cōueniāt oliuet' ꝛ amig
dalis, tūc nō crederē ꝯuersionē factā i fraudē, q2 licuit eis mu
tare, ꝛ ꝯuertere formā. d. c. cōmissuz. ꝛ suo cōmodo mutarūt,
ꝭ nihil ꝓponit cur pīsumēda sit fraus, vl' dolus, q regulariter
nō pīsumit, nisi ꝓbet. l. quoties. ꝭ. q dolo. ff. ꝺ ꝓba. nec ex hac
mutatiōe pōt ecclesia pretēdere lesionē, cū nō sit receptura deci
mas eoꝝ pdioꝝ, ꝺ qb⁹ ēt debent si cōmodo icolarū redigā
tur ad culturā, vl' vineas. arg. l. ꝺ fideicōmis. C. ꝺ trāsact. ꝛ. l. si
pater puelle. C. de inoffi. testa. ℂ Ad tertiū rūdet Host. in sū
10 ma, ꝺ deci. ver. viij. querit vbi dī ad pteritas † decimas cogi
posse ꝯsuetudine nō obstāte, lz pauperib⁹ sint remittēde, do
nec ad pinguioꝛē fortunā ꝯuenerint. ꝓ tex. i. c. cum hoīes. ibi,
ꝛ de retētis satisfactionē facere pcurēt. de deci. Ad idē tex. cla
rissimus in. c. omnes decime. xvj. q. vij. ꝛ ad h iura abundant.
ℂ In contrariū facit, ꝙ decidit idē Host. i. c. a nobis. col. pē.
eo. titu. de deci. vbi dicit Papā censeri dispēsasse q̄ ad pteri
tas, ne tot anime remaneāt illaqueate, sequit Panoꝛ. i. d. c. i
aliqb⁹. ꝛ clarius i summa Ange. ver. decia. io. ij. Item ꝓ hac
parte facit, q2 decime vident debite si petant. ꝭ Archi. in. c.
j. de deci. li. vj. ꝭ debitoꝛ nō cōdemnabit nisi a tpe petitiōis.
Hanc consequētiā in terminis facit Rota decisio. xxv. in anti
quis. sequit Fel. i. c. si āt. col. iiij. de rescrip. qđ ēt sequit Bal.
cum temperamēto, si ita se habeat cōsuetudo, ꝙ nō debeant
si nō petant, quasi censeat ꝙ de iure debeant ēt si petite nō
fuerint. Ita cōcludit in. d. trac. in. vij. q. pte particule quinte
partis pncipalis. qđ vltimum. s. ꝙ debeant, ēt si nō petantur
verissimū mihi vz, q2 decima videt esse in dominio ecclesie. c.
tua nobis. ꝛ ibi not. Panoꝛ. de deci. An tñ qđ pōt vēdica
ri, ꝛ pro eis agi ꝯ nouū ꝛ tertium possessoꝛem, q2 ꝓ decimis
res ipsa seu fundus obligatus est, sicut ꝓ tributo, vt cōcludūt
Hosti. Jo. andr. Panoꝛ. ꝛ alij in. c. pastoralis. ꝺ deci. nec est
bona cōsequētia, q̄ facit Rota. Ita demū debent si petant,
ꝭ non tenet possessoꝛ ad pteritas, sed solum a die petitionis,
qđ sic ostendit, nō tenent fratres sororibus ad supplementuz
legitime, nisi petat. l. scimus. C. de inoffici. testamē. ꝛ tñ cum
petitū ē petitur, non solū teneat ad fructus perceptos post pe
titionē, sed ēt ad omnes preteritos. l. Papinianus. ꝭ. vnde si
quis. ff. ꝺ inoff. test. ꝛ firmat Fabia. in repe. aut. h. nouissima.
ꝭ. vij. q. j. C. ꝺ inoffi. testa. Card. Floꝛ. consil. lxx. pīsupposito
statuto. Ale. ꝯs. lxix. super pūo. lib. j. Coꝛn. consi. cclxv. circa
pīmum. col. j. lib. j. ꝛ ꝯs. cclxv. i hac. col. fi. li. iij. Similiter em
phyteota cū cadit in cōmissuz nō tenet ad fructus rei q̄ ceci
dit in cōmissuz, nisi petant. l. ij. C. de iure emphy. ꝛ tñ si petat
tenet ad fructus retro pceptos a die cōmissi, ꝭm Spec. titu.
de loca. ꝭ. nunc aliqua. versi. j. Ex his destruit premissa conse
11 quētia, ad q̄ † ꝺstruēdā sufficit dare istātiā ꝭ. pannorū. Insti.
de re. diui. not. ꝓ gl. in. c. sicut vigeoꝛ. j. q. j. ꝛ. i. l. j. si vētri. ff. de
priuil. credi. vnde mihi vz aliter dicēduz. Aut † q̄rit an tertius
12 possessoꝛ possit ꝯueniri ad decimas pteritas ab alio pceptas,
ꝛ tūc refert q̄ actione agat, nā actiōe psonali ꝯueniri nō pōt. l.
pria. ꝭ. si hos. ff. ad Trebellianū. l. si. ff. ꝺ cōtrahēda emptione.
an ꝟo realis; vez hypothecaria. ꝛ tunc lz multi tene āt eū cōue
niri posse, vt tradit in dicto capitulo, pastoralis. Tñ stāte cō
suetudine dicerez ꝯ eos non posse hypothecaria conueniri,

marie si petite si fuerint eo tpe, quo ali' possidebat, ꝛ isto casu pcedat opinio Rote ꝛ seqciū. Aut qrit an is q decimas ñ sol uit, sz retinuit, possit ꝯueniri ad retētas decimas, ꝛ puto itre pide eū teneri p iura ꝛ rōnes pallegatas. Ná si peccatū ē cū di minutiōe soluisse. c. ex parte. ð dci. vtiqꝫ peccatū ē nibil soluis se. Sꝫ posito ꝙ ita demū dberēt si petāt, adbuc is q eas reti nuit dbet cū petāt psoluere, si aliō ñ alleget, nisi ꝙ petite si fue rint. d. l. scim'. ꝛ si dicaſ ꝙ fint i bona fide donec fuerint peti te admittāſ, si velis. Quid ergo seqſ dices seq acqsitionē fru ctuū, qs bone fidei possessor facit suos, vt notaſ p gl. ꝛ alios in

13 .l. fruct'. ff. ð rei vēdi. Rñdeo vez, nisi sit fact' † locupletior, sꝫ Bar. ꝛ oēs. Ibi Panor. ꝛ cano. i. c. grauis. ð resti. spolia. In dubio āt psumiſ fact' locupletior ex pceptiōe fructuū, sꝫ gl. ꝙ ibi summe notat ad h Ang. i. l. verū. ff. ð peti. heredi. ꝛ istō ve ri' ē ꝙ id qð dicit idē Ang. i ꝯſ. clx. dña Catherina. col. fi. vbi dicit ꝯriū ꝛ male, ꝛ ꝙ i dubio psumaſ fact' locupletior, q̄tenꝰ fruct' valuerint, firmat do. Ale. ꝯſ. lxiiij. col. ij. lib. ij. ꝛ Socin. ꝯſ. lxxxij. lib. iiij. Preterea ꝯstat ꝙ amigdala sunt fruct' nāles, qꝛ absqꝫ cultura ꝛ ipēsa pcipiūt, vt poma. In qb' plus opaſ nā, ꝙ īdustria. l. si et' fūdi. ff. ð rei vēdi. not. p gl. ꝛ Bart. i. l. ex

14 diuerso. ff. eo. ti. Ad restitutionē āt fructuū † nāliū teneſ ēt bo ne fidei possessor, sꝫ gl. Bar. ꝛ alios i. d. l. ꝛ ex diuerso. ꝛ Pa nor. i. d. c. grauis. pbaſ i. l. fruct'. ff. ð vsur. At dicet fruct' fuiſ se a bone fidei possessore pscriptos, qð qliter i casu dici nō pos sit, nō video, cū possessor sciat se dbere, saltim si petāſ, attamē nullus negabit fructus a triēnio citra pceptos dberi, qꝛ antea pscribi nō potuerūt. l. seqſ. §. fructus. ff. ð vsucap. ꝛ vsqꝫ ad triē niū psumūſ extare, qꝛ tpe durare possunt, secūdū glo. in. l. j. C. si aduer. vsucap. vbi Bal. ꝛ not. Ang. ꝛ Imol. i. l. diuortio. §. iterdū. ff. soluto matri. ꝛ in. l. j. §. quesitum fuit. ff. ad Trebel.

¶ Ad vltimū dico ð oliuis ꝛ amigdalis dberi vigesimā, sicut ꝯsuetū ē solui ð alijs fructib', qꝛ lꝫ ñ valeat ꝯsuetudo, ꝙ ñ sol

15 uaſ decima, valet † tñ vt soluaſ alia quota ꝙ decima, ꝛ rō di uersitatis ē, qꝛ qð soluaſ aliqd, ꝛ sic recognoscaſ de', ē pceptū morale ꝛ iudiciale, sꝫ ꝙ soluaſ dcima magis ꝙ alia quota, ē p ceptū iudiciale dūtaxat, ꝯ āt pcepta moralia legis diuine ñ va let ꝯsuetudo. d. c. fi. ꝛ supra pbatū fuit, sꝫ bñ valet ꝯ pcepta iu dicialia, qꝛ talia sunt iuris positiui, sm Hosti. i locis pallega tis. Imo. i. d. c. statuim'. ꝛ Panor. i. d. c. i aliqb'. clari' i dicta sūma. sū. ij. §. decima. nec dicaſ ꝙ ꝯsuetudo nūꝙ fuit ð oliuis soluere vigesimā, sꝫ ð alijs fructibus, qꝛ rñdeſ, ꝙ ꝯsuetudo de

16 alijs extēdēda ē ad oliuas, ꝛ amigdala, qꝛ nulla daſ rō † diuer sitatis, ḡ ex vi rōnis idest i oliuis dicēdo, p ea q̄ tradūſ p Ro chū Curtium. i. d. c. fi. Car. xvij. sū. vltimo limitaſ. ꝛ ēt qꝛ respe ctu decime amigdala ꝛ oliue eqparāſ a lege veteri ceteris fru ctibus, vt ā pbatū fuit, ḡ ꝯsuetudo supueniēs sup alijs fructi bus habebit locū ēt i oliuis ꝛ amigdalis, sꝫ glo. ꝛ Bar. i. l. si qs seruo psuaserit C. ð furt. ꝛ Rochū vbi. ā. sū. iij. limitatur.

¶ Ita iuris esse respōdeo ego Francisc. de sancto Nazario.

¶ De iure patronatus.

RESPONSVM I.

Nulliter facta prima frōte vī psentatio, ꝛ institutio in fauorē Claudij Roberteti, tū qꝛ patrōi nō semel conuenerūt, nec simul eūdē psentarūt, tū ēt qꝛ psentatus, ꝛ institutus fuit anteꝙ beneficiū vacaret, cōtra ꝯstitutionē. c. j. de ꝯcess. preben. Uerū enimuero cū iste Clau dius a maiori parte patronoꝝ ꝛ psentatus ꝛ institutus fuerit, neminē latet ceteris presentatis ꝛ institutis anteponēdū, nō obstātibus ex aduerso adductis, qꝛ patroni ex cōmuni senten tia, nec simul ꝯuenire, nec psentare teneſ, nec q ignoranter ad beneficiū ex fama publica vacātē psentatus ꝛ institutus fuit, īhabilis dici potest. qꝛ ignorātia ꝛ fama publica excusantur a pena ꝛ dolo. ꝛ maxime cū institutus sub hac conditione si va cat, institutus non dicatur si per rerum naturam non vacet.

1 Patroni in presentando an teneantur simul conuenire, ꝛ si mul presentare. ꝛ vide nu. 4.

2 Presentatio, ꝛ institutio, ad beneficium antequam vacet, est nulla, ꝛ presentatus ad huiusmodi beneficium sit inhabilis ad illud obtinendum.

3 Presentat' ꝛ institutus a maiori parte patronorū an alijs p sentatis ꝛ institutis sit preferendus.

5 Intellectus. c. j. de concess. preb. explicatur. ꝛ vide. nu. 7.

6 Ignorātia iuncta cum fama publica excusat a dolo, ꝛ pena.

Respon. interpretatio.

Videretur Ex duob' ꝙ psentatio, ꝛ institutio in fauorem Claudij Roberteti nibil valeat. Primo, qꝛ psentatio Claudij fcā fuit ꝯtēpto ꝛ ñ vocato Nicolao Ta quo habere maiorē partē iuris patronatus, vnde vī nulliter

1 facta, qꝛ i psentādo † patroni ēt laici debēt simul ꝯuenire, ꝛ si mul psentare, sm Panor. c. qm̄. de iure patro. in fi. ꝛ in. c. cū omnes. col. pen. de ꝯsti. ꝛ in. c. in Genesi. col. pen. ꝛ i. c. vene rabilē. i. xiij. nota. de electi. Felin. i. c. cū omnes. non qꝛ ēt in actu q expediſ a plurib' vt singulis, vnus pōt alterū trahere in suā sniaꝫ. ḡ simul actus expediē. vī. sꝫ Bar. i. l. ðs popu. ff. de iust. ꝛ iur. Scdo, ex alio non vī valere, qꝛ idē Claudius ab eisdē patronis anteꝙ vacaret fuit psentat', ꝛ institut', ꝛ cō

2 sequēter effect' fuit † inhabilis ad ipsuꝫ beneficiū postea ob tinēdū. c. j. ð ꝯcess. p. Premissis nō obstātib' teneo itrepide psentationē ꝛ instiōnē valere, tanꙗ factā a maiori parte pa

3 tronorū, ideo cēseo Claudiū oib' alijs † anteponēdū eē. c. ij. ð iure patr. cū similib'. ad ꝯria rñdeo clarissime. Ad pmū rñ

4 deo, ꝙ cōis opinio est ꝯ Pan. † ꝙ patroni possint separa tim psentare, nec vnus alterum teneſ cogere, ita ꝯcludit Io. And. Anto. Card. ꝛ oēs alij in. d. c. iij. Fed. de Senis ꝯſ. qꝛ nobilis qdā. Cald. ꝯſ. xv. sub titu. ð iure patro. ꝛ Panor. in bl ꝯri'. ꝯſ. lxxvj. inuocato Christi auxilio. lib. x. vbi attestaſ ꝙ ista opinio ē cōis, ꝛ ꝙ i practica obseruaſ. ꝛ seqtur Dec' in. d. c. cū oēs. vbi ēt dt ꝙ ista opinio ꝯ Abb. ē cōis, ꝛ rñdet ad rōnē supra factā, qð pcedet in iudicialib' tm̄, vt alias rñ deſ, ꝙ opinio Panor. pcederet si patronus nō vocat' alle ret psequēdo ꝯtemptū, vt psentatio sine ipso facta irrita. lꝫ si eam ratificauerit, sm Rochū, in tractu de iure patro. i ver. honorificū. q. ix. circa mediū. ꝛ vltra eū ꝯprobaſ. qꝛ electio ra tificata ab ijs q nō fuerūt vocati valet, ꝛ manutēda ē, sꝫ Pa. i. c. ꝙ sicut. ð elect. ꝛ ꝙ ratificari possit psentatio ab ijs, q psen tationi nō interfuerūt, pbaſ ex ijs q̄ dixit Io. And. i. c. p nostras. ð iure patro. vbi ꝯcludit ꝙ collatio fcā ab episcopo sine ꝯsensu patroni, q̄ est ipso iure nulla. c. decernimus. xvj. q. vij. manutenēda ē si patron' postea eam ratificauerit. ꝛ sequitur Gem. cōsi. xlv. ꝯsuetudo ē Mutine. col. fi. Ad scdm rñdeo ꝙ

5 dispositio. d. c. j. de cōcess. pben. pcedit † in eo q sciēter promo tus fuit ad beneficiū viuētis, secus in eo q fuit ignoranter insti tutus ꝛ psentatus ad beneficiū illius, quē credebat esse mor tuū, sm gl. Hosti. Car. cōiter ꝛ oēs i. d. c. j. p illum tex. i ver. pellēdi. rō est, qꝛ ignorāo nō delinquet, ꝛ ꝯsequēter nō est pu niēdus. l. si ignorās. ff. loca. l. ex maleficijs. §. j. ff. ð acti. ꝛ obli ga. c. ij. de cōstitut. c. psentiū. vij. q. j. c. i lectū. xxxiij. q. j. Et si dicaſ, ꝙ dꝫ sibi imputari q ñ inuestigauit, an incūbens illo bñficio viueret. arg. l. q cū alio. ff. ð reg. iur. paria. n. vī scire, vī scire debere. l. si duo. ff. ð acqr. hered. ꝛ debuit i dubio cre dere eū eē viuū, qꝛ qlibet psumiſ viuere vsqꝫ ad centū annos. l. fi. C. ð sac. san. eccle. vnde cū psumptio sit ꝯ Claudiū ꝙ sci ret, vī scire dberet pdecessorē suū adhuc viuere, nō vī excusan dus, nisi iustā cāꝫ adducat, quare credere dbuerit illū eē mor tuū, ꝛ illā cāꝫ pbet. Sꝫ ad istō ēt respondeſ ꝙ Claudius ad duxit, ꝛ pbauit famā publicā esse i eo loco ꝙ ille erat mortu us, q̄ publica fama pstat iustam causam credulitatis ad † excu

6 sandum pmotū a pena. d. c. j. ð cōcess. pben. sꝫ Oldra. q in p prijs terminis ita cōsuluit ꝯſ. cccliij. pscripte allegatiōes. vbi fama ꝙ aliquis sit mortuus, qꝛ nature cōsonat credibilis ē. l. fi. ff. de hered. insti. l. j. cum seq. ff. qs or. in bono. poss. fur. ꝛ istā decis. Old. refert. ꝛ sequiſ Feli. i. c. in nra. de relig. di cit ꝙ fama excusat a dolo. l. cū qdam. §. qð di. ff. de aqr. h di. ꝛ excusat a delicto. c. qꝛ verisimile. in ver. loc fama. ꝛ di Feli. de psump. l. miles. §. mulier. ff. ð adulte. Scdo rñdet ꝙ

7 dispositio. d. c. j. pcedit † qñ q fuit pmotus ad beneficiū vi uētis pure ꝛ simpliciter, secus si fuit pmot' sub ꝯdiōe si va cat. sm gl. cōiter approbatā, in. c. ij. de elec. li. vj. Et illud ma xime pcedit i psentatiōib', i qbus admittunſ vota patrono rū i certa. clem. fina. ð iure patro. ꝛ cōditiōalia, sꝫ Lap. alle. viij. quē sequūſ Gemi. ꝛ Perusi. i. d. c. ij. ꝛ lꝫ Roch' i tract. ð iure patr. i v. honorificū. in. viij. q. teneat, ꝙ dispō. d. c. j. ēt hēat locū i psentatiōib', tñ ð eo nō ē curādū, qꝛ solus est, ꝛ qꝛ mouet mala ratione, licet enim patroni teneantur presenta

re, ꝛ

re.s.quatuor menses, non tñ sequitur ergo nõ pñt intra quadrimestre pñtare sub cõdõne. Preterea quicqd sit, an dispó.d. c.j.procedat in pñtationibus, nil nihil ad casuz nrm, vez in cõdõne si vacat, q2 illa nõ ẽ presentationez, neq3 electionez, vel institutionẽ in suspenso, cũ sit de presenti certa per verũ nãm. si.n.nunc non vacat, nõ dr presentatus, neq3 institutus, ꝛ ɔñr non põt hic locuz pena.d.c.j.quod loquitur in promoto ad beneficiũ viuẽtis, cum promotus sub conditione si vacat non censeatur promotus vbi non vacet.l.cum ad presens.ff. si cer. peta. Laus Deo.

¶ De ecclesijs edificandis, vel reparan.

RESP. PRIMUM.

Beneficiati Omnes quartaz partẽ redditũz beneficiorũz suorum exponere debent pro reparatione ecclesiarũz sibi creditarum, nisi cõsuetudo onus fabrice in singulos clericos, vel populum transtulerit, nam huiusmodi cõsuetudo seruanda est, ꝛ impense necessarie siue vtiles per populũ ad id nõ adstrictum pro reparatione ecclesiarũz facte actione vel negotiorum gestorum, vel in factum repeti possunt.

¶ Heredes defunctorũ nullo iure cogi pñt clericis pro lecto sepulture satisfacere. Ita Inn.iij. Alexãderq3.iij.recte sanxerũt. Quinimo nec pro sepultura quicq̃ exigi licere etiaz a spõte dãtibus, hoc vno probatur argumẽto, ne qui pro spiritualibus dat temporale, credat donum Dei pecunia cõparare posse, quo nihil absurdius contingere posset.

1 Quarta pars redditũum beneficiorum applicanda est pro fabrica eorundem.
2 Onus fabrice ecclesiarũ, in populũ trãsferri põt ex cõsuetudine.
3 An que vtiliter a populo impẽsa sunt pro refectione ecclesiarum repeti possunt?
4 Pro sepultura defuncti quicq̃ clericis exigere non lz, ẽt si ipsis sponte detur. ꝛ ibi vide an valeat consuetudo in 3uũz.

Respon. interpreta.

Queritur Primo, an prior de Bonisio teneaſ reparare ecclesiam? ad qõ bñ respõdeo q teneſ conuertere quartã † partez redditũũ prioratus in fabricaz ecclesie.c.quatuor.c.seq.xij.q.ij.c.j.c.de ijs.extra de eccl.edifi. Nec.n.ferendus est prior, q lucrũ amplectiſ ꝛ onus fabrice subire recusat. l.manifestissimi.§.pe.C.de fur. qõ verũ est, nisi ɔsuetudo † onus fabrice trãstulisset in pplm, sm Inn.in.c.si.de his q̃ si.a maio. par.c.quem sequitur Card.flor. Host.ꝛ Pañ.in.c.j.eo.ti.

¶ Queritur secundo, an prior teneatur ad impensas iam factas? ad hoc etiaz respondeo, q † si vtiliter, ꝛ non animo donandi populus fecit impensas, actione negotiorum gestorũ, vel actione in factum repetere poterunt ab ipso priore.l.si quis negotia.ja.ij.ꝛ.l.sed an vltro.§.j.ꝛ.l.q̃ vtiliter.ff. de neg. gest.

¶ Queritur tertio, ꝛ vlt. an heredes defunctorũ cogi pñt soluere lectũ sepulture, ad qõ rñdet Inn.iij. in hec verba. abolende cõsuetudinis puersitas inoleuit apud Mõtez pessulanuz, vt nõ prius permittaſ effodi sepultura, q̃ pro lecto sepulture certũ pretiũ ecclesie pmittaſ, ideo tibi Magalonẽsi epo mandamus, quatenus † inhibeas clericis tue diocesis, ne quicquã ommo presumant exigere hac de cã. Ita citat tex. in.c.abolẽde.de sepul. Idẽ determinauit Alexãder.iij.ita inquiẽs. Pro sepultura nulla cuiusq3 ptĩj exactio attenteſ, nec sub obtetu cuiusq3 cõsuetudinis reatũ suũ quispiã tueaſ, q2 diuturnitas tpis non diminuit peccata, sz auget, ita legiſ in.c.nõ satis.ꝛ.c.seq.de simo. Immo aliis ego rñdi pro sepultura ex more quicq̃ exigendũz nõ esse, ẽt q exactũ soleat anniuersariũ a prelato cõuerti, q2 viciũ simonie, qõ male accipiẽdo ɔbitur, bene dispẽsando nõ dissoluiſ.c.ex multis.j.q.iij. Quinimo sacerdoti non puto licere quicq̃ pro sepultura capere, ẽt a spõte dantibus, q2 qui pro spiritualibus dat tpale, credit donũ Dei pecunia ɔparaſ, ẽt q vltro offerat, ꝛ accipiẽs terrena pro diuinis gratiã sancti spiritus a se abdicat.d.c.ex multis.j.q.iij.ꝛ ita late probaui in trac.de peste.in.§.accedo nũc ad vltimaz partez. num. 103. ꝛ seq. versi.tertio quero, an liceat parochiali sacerdoti, ꝛ vid ibi dicta me remitto. nam ea puto verissima. Laus deo.

RESPONSUM II.

Quia Cõsuetudo (vt preponitur) onus fabrice in laicos nõduz trãstulit, respõdeo de ecclesiasticis redditibus ecclesiã reficiẽdaz. Quilibet.n.in ecclesia Dei beneficiatus (secũduz nouas veteresq3 sacrorũz canonum traditiones) quartam partem reditus sui beneficij in fabricaz ecclesie conuertere tenetur.

¶ Si gabella vini pro murorũz, pontium, fontiũ, viarumq3 publicarũ reparationib' sit instituta, aut laudo trãsactioneue clerici ab his onerib' fuerint ea lege liberati, vt vini daciũ soluerẽt, inique agit Preposituus, qui cõtendit mineraliũ vinũ vendere absque solutione gabelle. Et quãuis a gabella Prepositus immunis esset, eius tamen colonus nulla potest rõne ab huiusmodi dacio se defendere, cum vinum pro quo gabella debetur ecclesie esse desierit, cumq3 equum non sit eum, qui negociatur, perfrui ecclesiastica immunitate.

1 Onus fabrice ꝛ refectionis ecclesie, regulr̃ spectat ad prelatũz.
2 Laici nõ teneñ de iure aliqd erogare in fabrica, vel refectionẽ ecclñarũ, canonici tñ ꝛ capellani teneñ p rata redituũ.nu.3
4 Prepositus nõ tenetur soluere daciũ vini, quod ex vineis ecclesie percepit.
5 Prelatus transigens, an possit obligare successorem?
6 Ecclesia tenetur ad onera communez vtilitatem cõcernentia.
7 Clerici possunt cõpelli ad solutionem dacij vini impositi pro oneribus, ad que tenetur ecclesia.
8 Prelatus non potest sine ɔsensu Pape renũciare priuilegio exemptionis, nec de ipso compromittere.
9 Prelato licitum est rem viliorez cum preciosiore permutare, sine consensu capituli.
10 Papa põt concedere laicis facultatem collectandi ꝛ taliandi clericos ꝛ ecclesias.
11 Pape consensum necessariuz ad validitatem actus interuenisse presumitur ex cursu temporis.
12 Conductores prediorũz fiscalium ꝛ Cesaris, gaudent immunitate.
13 Statutuz quod colonus ecclesie, tenetur soluere collectas pro ecclesia, non vz. ꝛ quid de emphyteota ecclesie? nu. 14.
15 Persona inspiciẽda est, cui imponitur dacium.
16 Dacium vini respicit fructus, onus vero fructuum spectat ad colonum, qui numis colit.
17 Negotiantes ẽt clerici non habent immunitatem a solutione daciorum. vide contraria non obstantia, nu. 18. ꝛ. 19.
20 Dacium presumitur inductum autoritate superioris.
21 Statutum quando obliget colonum ecclesie.

Respon. interpreta.

Ex premissis Thematibus tria resultãt dubia. Primum, an domin' Prepositus teneatur ad onus fabrice? Secundũ, an teneaſ ad solutionẽ dacij pro vino, quod nomine tamen eius nomine venditur? Tertium, an etiaz ɔductor reddituum prepositure possit se eximere, a solutione dicti dacij, ppter ecclesie priuilegium? Ad primum respondebo tradendo doctrinam magistralem, cum ois hesitatio ad ius referatur, on' fabrice † ꝛ refectionis ecclesie, spectat regulariter ad prelatuz, qui percipit reditus ipsius ecclesie.c.j.ꝛ.c.de his.de ecc.edifi. nec.n.ferendus est, qui lucruz amplectitur, ꝛ onus subire recusat.l.manifestissimi.§.pen.C.de fur. Hinc dici solet, cõmoda qui sentis, iungas onus emolumentis.l.sm naturaz.ff. de reg. iur. Quarta.n.pars redituum conuertenda est in fabricam ecclesie.c.quatuor.ꝛ.c.seq.xij.q.ij.ꝛ ibi gl.dixit laicos † nõ teneri de iure aliquid erogare in fabricam vel refectionez ecclesiarum, ꝛ antiquorum canonuz traditione tertia pars redituum erat in fabricam conuertenda.c.decernimus.x.q.j. Et etiam canonici ꝛ capellani † contribuere tenentur pro rata redituuz. c.si monachus.xvj.q.j.c.si.de his que fiunt a maio. parte.c.ꝛ ita cõsuluit Fed.de sen.cõs.cxxvij. quem refert ꝛ sequiſ Card. flor.in.c.ad audientiam.in si.de eccl.edifi.que conclusio sane intelligenda est.s.detractis necessariis alimẽtis prelati, ꝛ clericorz.d.c.de his. Itez procedit, nisi ɔsuetudo onus fabrice trãstulisset in populũ, sz Inn.in.d.c.si. Host. Card. ꝛ Pañ. in. d.c.j. Itẽ nisi ad hoc essent deputati certi reditus sufficientes

ad fabricã.c.vnio.x.q.iij. Et vbi reditus ecclesie nõ sufficiunt, honestũ est, qḋ laici parochiani adiuuẽt clericos, a qbus recipiũt sacra, ſm Pañ.in.d.c.j. Ad scḋm vero, qꝫ.d. Prepositus nõ teneat. Sũt.n. clericoꝝ ⁊ ecclesiarũ bona ac persone immunes ab oĩbus collectis, angarijs, ⁊ perangarijs, ⁊ dacijs vniuersis, taꝫ iure diuino, ꝙ humano, vt hꝫ Gene.c.xlvij.⁊ Esdre.j.c.vij.⁊ in.l.plꝫ.C.de sac.san.eccl.⁊ in auc.itẽ nulla cõitas.C.de epis.⁊ cle.⁊ in.c.fi.de vi.⁊ hon.cle.⁊ in.c.nõ minus.de imu.eccle.⁊ in.c.clericis.§.j.eo.ti.lib.vj.⁊ in.c.quãq̃.de cẽſi.eo.li.⁊ in cle.j.eo.ti. Et qꝫ.d. Prepositus nõ teneat soluere daciuꝫ

4 vini, † qḋ ex vineis ecclesie pcepit, ẽt si de ipso vino negociet, cõsuluit Fed.de sen.cõsi.ccvij.nos Oldolus, q: iura, q̃ volunt clericos teneri soluere gabellas rerũ, de qbus negociant, maxime tex.in.d.c.q̃q̃.⁊ in.d.c.fi.sunt intelligẽda de rebus patrimonialibus aut emptis cã negociãdi, nõ de fructibus natis in pdijs ecclesie ſm euꝫ, q: delictũ prelati negociãtis nõ dꝫ nocere priuilegio pcesso ecclesie, regula delictũ.de reg.iur. Sequit Pañ.in.d.c.fi.⁊ Gemi.in.d.c.q̃q̃. Et qꝫ ecclesiastici possint vẽdere vinuꝫ suũ minutatiꝫ absqꝫ soloẽ gabelle, cõsuluit do. Piero.zanne. quẽ refert ⁊ sequit Jo.ber. in trac.de gabellis.in.vij.q.vij.partis princ.§.an aũt possint. ⁊ ita ꝯsuluit Pañ.ꝯſ.vj. Casus sup quo.od fi.distinguẽs inter vinũ natũ in proprietatibus ecclesie, ⁊ vinũ emptuꝫ cã negociãdi. Nec huic cõclusioni obstare vꝫ trãsactio, de qua in themate, per quã olim Prepositus obligauit se ⁊ successores ad daciũ focheti, (sic.n. appellat a prouincialibus daciũ vini, qḋ minutatiꝫ vendit) q: videtur, qꝫ ille ppositus trãsigens, nõ vꝫ potuisse obligare suc

5 cessores. † c.veniẽs.de trã.l.iubemus.ij.C.de sac.san.ec.⁊ no.in.l.seruus.maxime p Mod C.de pac. Sꝫ pdictis nõ obstãtibus, arbitror.d. Prepositũ teneri ad daciũ focheti ⁊ Renãmacelli, duabus vrgẽtibus ⁊ cõcludẽtibus rõnibus. Primo, q: ẽt ecclesia tenet ad refectionẽ muroꝝ, pontium, viaruꝫ pu

6 blicarũ, ⁊ ad oĩa onera † cõeꝫ, vtilitatẽ taꝫ clericoruꝫ, ꝙ laicoꝝ ꝯcernẽtia.l.ad instructiones.C.de sac.san.eccl.p quem tex.ita cõiter ꝯcludit Legiste ibi, ⁊ Canoniste in.d.c.non minus.de imuni.eccl.⁊ dixi late.ꝯſ.ca.xx. ergo ẽt tenebit ad daciuꝫ vini, ⁊ carniuꝫ ipositum ad releuãduꝫ clericos ⁊ laicos sicut ab oneribus põtiuꝫ, muroꝝ, ⁊ simiuꝫ (vt dꝫ in pũcto) ⁊ firmãt in proposito Jac.bu.⁊ Bal.in.d.l.ad instructiones.vbi dicũt ecclesiã teneri ad gabellã plaustroꝝ ipositaꝫ pro reparatione viarũ publicarũ, ⁊ qꝫ ad soloneꝫ dacij vini ipositi pro oneribus, ad

7 q̃ tenetur ecclesia, possint cõpelli ẽt clerici, † determinat in specie Pañ.in.d.c.nõ minus.in fi.⁊ bene facit doctr. Bar. in.l.j.col.iiij.C.de mulier.⁊ in quo loco.lib.x.⁊ q̃ tradunt p mod.in.l.iiij.§.actor.vbi scripsi.ff.de re iud. Scḋo, q: ꝯ clericos lata olim fuit ſnia arbitramẽtalis, q̃ ꝯstat obseruãdaꝫ, cũ ab ea nõ fuerit vnquã reclamatũ.l.cum antea.C.de arbi. Nec ob.si dicat qꝫ laudũ arbitratoris obtinet vicẽ trãsactionis, auc.si vero ꝯtigerit, ⁊ ibi no.⁊ in corpore vnde sumit.C.de iudi.q̃ transactio nõ nocet successoribus.d.c.veniẽs.⁊ eo maxime, q: Prela

8 tus nõ potuit sine ꝯsensu pape renũciare † priuilegio exẽptionis, nec de ipso ꝯpromittere, vt est casus in.c.cuꝫ tpe.de arbi. q: rñdetur, qꝫ predicta pcedunt, qñ prelatus solus trãsegit sine ꝯsensu capituli, non ẽt si trãsegit cũ ꝯsensu capituli, vt legit in.d.c.veniẽs. In casu aũt occurrẽti psupponitur interuenisse consensuꝫ capituli ⁊ totius cleri.ꝗ ⁊c. Itẽ predicta procedunt, qñ p laudũ arbitratoris reperit lesa ecclesia, non si sit eius ꝯditio melior effecta (vt in casu isto) vt tradit Pañ. in.d.c.cuꝫ tpe. Cõprobatur in.l.filius paciscẽdo.⁊ in.l.seruus.C.de pac.⁊ in.c.j.de trans.ecclesia.n.⁊ ecclesiastice psone fuerũt p hmõi laudũ liberate ab oneribus muroꝝ, põtiuꝫ, ⁊ similiũ, ⁊ grauatedũtaxat ad daciũ vini ⁊ carniũ vendẽdaruꝫ ab ipsis ecclesiasticis psonis minutatiꝫ, qꝫ est qḋ modicũ grauamẽ respectiue ad ꝯmoduꝫ exẽptionis ab oneribus pdictis, a qbus fuerũt liberate ⁊ imunes declarate, ꝗ ⁊c. Nã prelato licitũ est reꝫ viliorẽ cũ preciosiori † permutare absqꝫ ꝯsensu capituli.c.j.⁊.c.ad

9 qõnes.de rerũ permu.ac reꝫ alienare pro alia maiori habenda.c.ꝯsensus.de reb.eccl.nõ alie. Itẽ predicta nõ procedũt, si

10 postea papa ratificauerit ipsuꝫ laudũ.d.c.cuꝫ tpe. Papa. † n. põt ꝯcedere laicis facultatẽ collectãdi ⁊ taliãdi clericos, ⁊ ecclesias.c.clericis, ibi absqꝫ autoritate sedis eiusdẽ de imu.eccl.li.vj. Fuit aũt hmõi laudũ autoritate apostolica approbatũ. Igit ⁊c. Et si dicat non ꝯstare de approbatione, rñdeo qḋ satis est eaꝫ allegasse ⁊ iustificasse quasi possessioneꝫ collectãdi ⁊ collectas exigẽdi a personis ecclesiasticis, a tãto tpe, cuius initij nõ extet memoria hoĩum, vt in themate deducit, naꝫ ex cur

11 su tpis presumit † ꝯsensum pape necessariũ ad validitatem actus interuenisse, si allegat.c.ꝯtinebat.⁊ ibi.d.Ant.de hui.circa fi.de his, q̃ fiunt a prela.sine ꝯsen.c.⁊ Soc.tradit ꝯſ.xv.lib.j.⁊ cõiter tenẽt doc. qḋ solemnitas necessaria ex diuturnitate tpis psumatur interuenisse in alienatione rei ecclesiastice, vt tradit Dec.ꝯſ.xxxvi.col.pe.⁊ ꝯſ.cxxxv.col.j. Et qḋ pape ꝯsensus presumat ex tãti tpis decursu, ꝯsuluit idẽ Dec.ꝯsil.dicti.col.ij.⁊ Barb.ꝯſ.xxxv.sapiẽter scribit.col.antepe.li.ij.⁊ eo maxime, q: sedes apostolica tũc residebat in ciuitate Auenionis proxima p mediã dietaꝫ.arg.c.quãto.de psum. Quis.n.dicere posset, nimis clericoꝝ auarissimũ.c.auaritie cecitas.de elec.li.vj. hmõi angarias tãto tpe sustinuisse, si a laudo resilire potuisset, certe nemo, ꝗ nec nos dicere debemus.c.qꝫ verisilẽ.de psum. Et ex istis pꝫ rñsio ad ꝯria.ꝯſ.formata, iõ aliter nõ insistaꝫ. Ad tertiũ psupposito.qꝫ.d. Prepositꝰ eẽt imunis, videret eius colonis eadẽ debere imunitate gaudere pluribus rõnibus. Prio, q:

12 ꝯductores † prediorũ fiscaliũ vel Cesaris potiunt immunitate.l.sp.§.ꝯductores.ff.de iure imu.l.j.C.de priuile.dom.aug.li.xj.ꝗ a fortiori debẽt eẽ immunes ꝯductores pdioꝝ ecclesie, ar.c.duo sunt.xcvj.dist. Scḋo, q: istud daciũ vꝫ extraordinariũ, cuꝫ neqꝫ senatusꝯsulto, neqꝫ decreto Principis fuerit indictũ, ꝗ non habet in ꝯductorẽ priuilegiũ exẽptionis, ſm do. tr. Bar. in.l.licitatio.§.fi.ff.de pub. Tertio, q: decreta cõtraria, qbus grauant ecclesiastice psone, ẽt p indirectũ sunt ipso facto nulla ⁊ irrita.c.fi.de imu.eccl.li.vj. iõ nõ vꝫ † statutũ, qḋ colonꝰ ecclesie

13 teneat soluere collectas pro ecclesia, q: p tale statutũ grauat ecclesia p indirectũ, nõ.n. inueniret taliter colonos pcio colonico, quo inueniret si colonus nõ grauaret, ſm Bar.in.l.hi penes.C.de agri.⁊ cẽſi.li.xj.⁊ Bal.in.l.j.C.de epis.⁊ cler. Ang.in auc.de nõ alie.§.qꝫ vero.⁊ Jo.Ber.in trac.de gab.in.vij.q.vij.par. nõ.n.dꝫ licere p indirectũ, qḋ directe nõ ꝯcedit.reg.cũ qd vna via.de reg.iu.li.vj. sic in pposito si colonus dicti prepositi nõ possit minutatiꝫ vẽdere vinũ ⁊ carnes, absqꝫ solone gabelle, tãti ꝯduceret reditus ecclesie. Quarto, facit tex.in.l.priuate.C.de exc.mu.lib.x.p quã determinat ibi Bar. qꝫ emphyteota ecclesie

14 † nõ tenet pro emphyteoticis pdijs ecclesie soluere collectas. Quinto, facit tex. in.l.ij.C.de epis.⁊ cle.⁊ l.c.ecclesiarũ seruos.xij.q.ij.⁊ in.d.c.nõ minus.de imu.ecd.vbi decidit, qḋ serui et mãcipia ecclesiaꝝ eadẽ potiunt immunitate, q̃ ecclesie. Sꝫ pmissis nõ obstãtibus, arbitror in ꝯriuꝫ eẽ veritatẽ. Prio, q: istud daciũ vini ⁊ carniuꝫ iponitur psone pro rebus, ꝗ casu inspicienda est psona, † cui iponitur.l.rescripto.§.fi.de mun.⁊ hono.l.

15 indictiones.⁊ ibi no.C.de anno.⁊ trib.li.x.⁊ no.[illegible] mu.patri.eo.li.x.ec.n.collecta iponit vendenti vinũ ⁊ carnes, ⁊ cũ colonus vẽdens sit laicus, eius psona inspiciẽda est, ⁊ nõ psona.d. Prepositi, vel ecclesia. Scḋo, q: daciuꝫ vini respicit

16 fructus, onus aũt fructuũ † spectat ad colonuꝫ, q[illegible] co qꝫ fructꝰ a solo separati sunt ipsiꝰ coloni.l.j.vt ibi not.bar..C.de agri.⁊ cẽſi.li.xi.⁊ hac rõne decidit, qḋ onus decime spectat ad colonũ, cuius sunt fructus, ſm Inn.in.c.cũ non sit.de

17 deci.⁊ Card.in.c.tua nos.eo.ti. Tertio, q: negotiãtes † ẽt clerici nõ habẽt imunitatẽ a solone dacioꝝ.c.fi.de vi.⁊ hone.cle.ꝗ nec coloni, q negotiãdi cã ꝯducunt reditus ecclesiarũ, ⁊ ita p hãc rõneꝫ decidit gl.q̃ ibi Imo.⁊ alij cõiter sequunt in cle.ꝯsenti.de cẽſi. Et idẽ tenẽt Archi.Jo.and.Ge.⁊ Phil.Fra.in.c.q̃q̃.eo.ti.lib.vj. Sequunt Spe.Jo.and.in n.de imu.eccle.ad fi. By.⁊ Pau.de ca. in.l.licitatio.§.fi.ff.de publ.Sal.in.l.vniuersi.C.de vect.⁊ comi.prac. Pap.in forma li.[illegible] ad solu.pedag.Bar.in.l.j.C.de naui.li.xj.vbi idẽ determinat in emptore pdioꝝ fiscaliũ, ⁊ Guido Pape decis.[illegible] maꝫ Jo.Ber.in.d.trac.in.vij.q.vij.partis, ⁊ ita cõsuluerunt Fed.de sen.ꝯſ.cxj. Nõ talis ẽ, an diocesanus.⁊ bal.ꝯſ.[illegible] Punctus qõnis talis est li.iiij.⁊ Card.ꝯſ.xij. Nec obstãt ꝯria.

18 Primo, nõ ob.tex.in.l.sp.§.† ꝯductores, q: loquit de imunitate a muneribus psonalibꝰ ciuilibus, puta decurionatus, tutele, ⁊ hmõi, a qbus ꝯductores pdiorũ arcent fauore publico. Nã pp ꝯductionẽ, in q̃ sunt iplicati, non credit talia officia ꝯ

19 uenire. Nõ ob.tex.i.d.l.j. † q: ille tex.⁊ fisco loquunt de oneribus q̃ imponunt rõne pprietatis prediorũ fiscaliũ aut Cesaris, nõ de oneribus, q̃ imponũtur rõne fructuũ a solo separatoꝝ, q̃ sunt ipsius coloni, ſꝫ Sal.in.d.l.vniuersi. Ubi ꝯcludit colonos fisci teneri ad daciũ fructuũ, qui iportant in ciuitatẽ, ad qḋ ẽt tenent coloni ecclesiaꝝ, ſꝫ Fed.in.d.ꝯſ.cxj.⁊ Gemi.in.d.c.q̃q̃.in fi. Uel aliter rñdetur, vt statiꝫ subiiciã. Nõ ob.ẽt doc.Bar.fundata in.d.l.j.q: reperio, qḋ eaꝫ dãnat Card.in.d.ꝯſ.xij.vꝫ posito, qꝫ eẽt vera, nõ seruit in pposito, q: istud

daciuꝫ

oaciu pōt dici ordinariū, cū habeat certā ⁊ determinatā pre
stationem, vez quartū denariū, ⁊ sit ipositū auct. Pont. mar.
sz voc. ⁊ bar. in. l. j. C. de mun. ⁊ in quo lo. ⁊ in. d. l. licitatio. §.
fi. ⁊ Pan. in. d. c. nō minus. ⁊ Jas. in. d. l. plz. C. de sac. san. ec.
Et si dicat nō ɔstare de autoritate pape, rñdeo satis ɔstare ex
instro cōpromissi, in quo legit, ꝙ clerus fatet autoritate Cle
mētis septimi, ⁊ alioꝝ Pont. ⁊ d. legatoꝝ Auenionensi. fuis
se inductū, que ɔfessio abunde probat. c. p tuas. de pb. l. gñia
10 liter. C. de nō nu. pecu. Itē iuris ꝑsumptione ꝑsumit† inductū
autoritate superioris sine qua induci nō poterat. l. j. C. no. vecti.
instit. nō posse. Ni cū vniuersitas sit in quasi possessione a tpe
imemorabili, credēdum est, ꝙ impetrauerit licentiā exigēdi
necessaria p ea, q̄ dicta fuerūt. s. in. ij. dubio. Nō ob. tertia rō,
qr rñdet bal. in. d. ɔs. cccc̄xcvj. ꝙ procedit, qñ onus imponit
colono in ɔtītaz oblōnis ecclesie, q̄ ɔstat nō teneri, tūc nec ēt
11 tenet colonus, ⁊ statutū obligans colonū† nō valet. l. j. §. ex
ceptiones. ff. quaꝝ rerū actio nō dat. Secus vero dōm est qñ
onus imponit colono rōne bonorū vel fructuū ipsi' coloni,
⁊ rōne oblōnis fundate solū in personā suā, tūc vz statutū, lz p
indirectū auferat ecclesie aliquod cōmodū. l. si venditor §. fi.
ff. de seruis expor tan. nec. n. cōmunitas debet pro alieno cō
modo pati iacturā, ⁊ in reb' suis difficultates inuenire. l. ij. C.
de seru. ⁊ aqua. Ad decisionē Bar. in. d. l. priuate. rñdet, ꝙ
pcedit in oneribus, que imponunt colono pro rebus eccle
sie, nō in oneribus que imponunt colono pro rebus ⁊ fructi
bus ipsius coloni. Et ꝯ istā decisionē ɔsuluit And. Sicu. ɔsi.
xlij. lib. j. quē refert Curt. consi. lxiij. col. fi. Ad. l. ij. ⁊ ad. c. ec
clesiaꝝ seruos ⁊ similia, rñdet qꝺ loquunt in colonis ascripti
tio, ⁊ seruo ecclesie, nō in ɔductoribus liberis, inter quos
maxime differt, sm Fed. in. d. ɔs. cxj. ⁊ Ce. in. d. c. q̄ q̄. in fin.

¶ De oblatio. eccles. ⁊ collecto. earum.

RESP. PRIMVM.

Laici fabricerij nomine prelati nudum mi
nisterium fabrice exercere possunt, si ad
prelatus constituat, ⁊ clerici ab huiusmodi onere
sublevabuntur. Nec ipsis laicis ob id officium
vllum, aut vlla preeminentia ab episcopo impartitur, qui
suo nomine suoqz iudicio negotia fabrice agere non possunt.
Et quemadmoduz regulariter quisqz pro gubernationibus
creditis, ac negotiis quibuscumqz conueniri potest ad rationē
reddendam sue vilicationis. Ita etiam de receptis oblatio
nibus rationem reddere astringitur.
¶ Quare cuz Antoni' Capussij, ⁊ ceteri sint mere laici, suoqz
nomine, ac iudicio fabrice intendant, nec vllaz prelato ratio
nem reddere existiment, ab huiusmodi putatiuo officio remo
uendos esse, indubitati iuris est.
¶ Quoniam contingere posset dubitari, cui applicande seu
adiudicande sint oblationes, que imagini fiunt, an scilicet vni
uersitati que capellam construxit: an episcopo: an vero recto
ri illius parochie in qua reperitur depicta imago? Ideo re
cte decisuz est ex communi sententia Rectori ⁊ parochiali ec
clesie adiudicādas hmōi oblationes fore, ⁊ non ceteris.
¶ Cum cuilibet permissum sit sua agere negotia prout cau
tius potest. Ideo licere videtur fabricerijs blando sermone
pios allicere homines potius pro fabrica quā rectori ⁊ ima
gini offerre, nisi versutia fraude vel dolo huiusmodi eleemo
sinas procurent, naz eo casu pro damnis preteritis ad inter
esse conueniri a rectore licite possunt, pro futuris vero iudi
cis officio cogi poterunt ad desistendū ab huiusmodi dolis,
versutijs, ac machinationibus.

1 Laici an possint eē operarij seu fabricerij rerū ecclesiasticarū ⁊
2 Laici an possint eē collectores oblationū, q̄ fiūt eccl'ie ⁊ cui'
sint oblatiōes q̄ fiūt imagini existēti i capella. ⁊ vide nu. 5. 6. 7
3 Laici non pñt recipere oblationes ɔsistentes in rebus sacris.
4 Laici non possunt recipere oblationes de altari.
8 An epūs possit eligere laicos fabricerios ꝯ volūtatē rectoris.
9 Episcopus nō potest dispensare cum inhabili, nisi in casibus
a iure expressis, qa cōtra ius statuere nō pōt. ⁊ vide nu. 10.
Episcopus custos est canonum.
11 Delegati de causis sibi delegatis nō iure proprio, sed delegan
tis nomine cognoscunt.
12 An valeat consuetudo ꝙ laici possint esse collectores oblatio
num ⁊ quomodo procedat.
Oblata pro fabrica, fabrice acquiruntur.
13 Fabricerij an teneantur reddere rationes de oblatis.
14 An liceat allicere personas vt potius offerant fabrice, quam
rectori, ⁊ imagini.
Cuilibet pmissum est facere negotia sua ꝓut melius potest.
Excōmunicatione digni sunt religiosi, q legata vel eleemosi
nas sibi, vel suis monasterijs in ꝑiudiciū alioꝝ fieri ꝓcurāt.
15 Operarij seu fabricerij si dolo, fraudeue in aliorū preiudiciū
eleemosinas procurēt, quomodo veniant puniendi. ⁊ quan
do fraus procurata dicatur. vide nu. 16.

Qui veritas est, me dirigat in semitam veritatis.

Respon. interpreta.

In causa vertente inter Antonium Ca
pusij ⁊ consortes operarios ex
vna, ac dominum Gasparē Quirini priorē prio
ratus de Lobiniaco ex altera, sunt plura vidēda.
1 ¶ Et primo, vtrum † laici possint esse operarij seu fabricerij.
Pan. in. c. decernimus. de iudi. rñdet ꝙ sic tribus rōnibus.
Primo, qr cura tēporaliuz potest cōmitti laicis, ergo ēt cura
fabrice. Ista rō nihil valet, qr cura reꝝ tēporaliuz ecclesie nō
pōt demandari laico, vt arbitrio suo disponat, vt in summa.
lxxxix. dist. ⁊ i. c. iudicatū, ead. dist. Scōo monet, qr laici sunt
magis ad exercitium fabrice experti, sz nec ista ratio ɔcludit
p necesse. Tertio mouet, qr clerici distraherentur a diuinis, si
fabrice intēderent, ergo ɔuenit vt laici potius sint fabricerij,
q̄ clerici. Sz nec rō ista viget, qr ea attēta clerici deberēt oēm
curā rerū tēporalium demandare laicis, quaz tñ curā ipsi cle
rici nō prohibentur habere. c. episcopum. xij. q. j. x. q. ij. c. no
bis. ⁊ c. Vulterane. cum sequen. Imo. ⁊ cōmuniter scrip. i. c.
decernimus. de iud. ⁊ hanc partē amplexus fuit Jo. Calde.
ɔs. j. sub rubri. de ɔsue. ⁊ consi. xix. sub rub. de pb. ⁊ Deci. ɔsi.
cxxix. col. iiij. Contrariā sententiā ꝙ laici non possint eē fabri
cerij, idest prepositi fabrice ecclesie. firmat Anto. de Bu. per
tex. i. d. c. decernimus. vbi dicit, ꝙ laici nō debēt ꝑsumere tra
ctare negocia ecclesiastica. Scōo, qr non pñt laici suo iudicio
desponere, de rebus ecclesiasticis. d. c. decernimus. Tertio qr
dicerent laici habere officium in ecclesia, qꝺ cōstat interdictū
laicis. c. messana. de elec. Quid tenēdū? Ego ex dictis Pan.
⁊ alioꝝ in. d. c. decernimus. facio duos casus. Primus ē, qñ
fabricerij habent nudū ministeriū fabrice, illud exercētes no
mine prelati, ⁊ sm voluntatē eiusdē reddētes de gestis rōnē
ipsi prelato, ⁊ hoc casu etiā laici possunt esse fabricerij, qr hoc
mō releuant clerici ab hoc onere, ⁊ laicis nullū cōcedit officiū
nullaqz preeminentia in ecclesia, ⁊ in istis terminis loquitur
Pan. ⁊ in istis terminis procedat ɔsultatio Joan. Cald. qui
tñ loquit ēt in laicis conuersis, ⁊ deferētibus habitū clericalē,
⁊ ita etiam procedit consultatio Decij. aut fabricerij habent
officiū, ⁊ suo noie, suoqz iudicio gerunt negotia fabrice, ⁊ h
casu laici nō possunt esse fabricerij, qr preeminētiam haberēt
in ecclesia, ⁊ officiū, qꝺ nō licet. Et ita procedat opi. do. Ant.
⁊ ita vult Pan. i. d. c. decernimus. ⁊ ego ēt idē ꝓbaui ibi co.
xvj. v. iiij. dubitat. Vnde cū Ant. Capussij, ⁊ ceteri sint puri
laici, suoqz noie, ⁊ suo iudicio intēdāt fabrice, nec vllā rōnē ꝑ
lato reddāt, mihi videt ab hmōi officio eos fore amouēdos.
2 ¶ Scōo dubitat, an† laici possint esse collectores oblationū?
Pro resolutione huius dubitationis vidēdū prius est, cuius
sint, ⁊ esse debeant oblationes, que fiunt imagini existēti in di
cta capella, an vniuersitatis, q̄ capellā construxit: an epīcan ve
ro rectoris illius parochie in qua repit depicta imago? Sup
ista questione multa dici possunt, ⁊ eaz amplissime Troylus
maluetius, vt legitur in trac. suo de obla. eccl. vel altari. in. iij.
dubi. Ego omissa disputatione adhereo sententie Host. Ant.
Pan. ⁊ Imo. in. c. pastoralis. de his que fiunt a pla. sine con
sen. cap. vbi p illū tex. decidunt oblationes deberi rectori ⁊ ec
clesie parochiali, nō autē epō, nec capellano illius capelle, ⁊
ad hoc adducunt etiā tex. in. c. ad audientiaz. j. de eccle. edifi. p
quē ita decidit ibi Ant. de But. ⁊ in rub. de paro. Ad idē fa
cit tex. i. c. quoniā. quē ad hoc ibi not. Pan. de decimis. ⁊ ad
idē facit tex. in. c. ex transmissa. de prescri. quez ēt ad hanc qō
nē not. Pan. in repertorio suis, ⁊ idez vult ibi Jo. And. Idē
ēt voluit Imo. in rub. de paroch. ⁊ Pet. de Peru. in sua ca
nonica. c. iiij. ver. xvj. ⁊ seq. ⁊ ista est communis sententia teste

predicto Troylo, et licet ipse aliter distinguat, attamen a cõi nõ est recedẽdum.c.ne innitaris.de cõsti. et opinionem cõem sequitur Deci.cõsil.cclviij.in.ij.dubio. et hãc etiam sequitur, et dicit esse cõem Soc.in trac.oblatio.in.xviij.libello.ṽsi.venio ad secũ. Hoc sic discusso presens dubium plura hz capita. Primum an laici possint eẽ collectores oblationũ de iure cõi? Scdo, vbi de iure cõi nõ possint, an valeat cõsuetudo cõtraria? Tertio, vbi nõ valeat cõsuetudo, an possint saltim colligere eas, q̃ offerũtur pro fabrica? Quarto, an de receptis teneãtur reddere rõnes priori siue rectori? an eis liceat in piudiciũ prioris incitare deuotas psonas, vt potiꝰ ipsis fabricã, q̃ ipi imagini, et altari offerãt?

℄ Circa primũ ponam aliquas cõclõnes ex quibus resultabit

5 clara dubitationis resolutio. Prima cõclusio, laicus † nõ põt recipere oblationes cõsistẽtes in rebus sacris, qr laicis sacra tãgere, phibitũ est.c.nemo.c.in sancta.et.c.ligna.de cõsecr.dis. j. et ẽ de mẽte Soc.in.d.trac.ij.tit.

4 Scda cõclo, † laici nõ põt accipere oblationes de altari fm Arch.et Do.i.c.sanctorum.x.q.j.

5 ℄ Tertia cõclo, laicus iure † proprio, et ad sui vtilitatẽ nõ põt collector eẽ oblationũ, qr laici incapaces sunt spũalium.c.cũ ẽ.de psc.et.c.quiuis.de deci.et ibi infert Ab. ad casum nrm, et ẽ tex.i.d.c.sanctorum.et i.c.qr sacerdotes.et.c.hãc cõsuetudinẽ.x.q.j. Ex his tres cõcl. idifferẽter approbãt oẽs i.d.c.decernimꝰ.

6 ℄ Quarta conclusio, laici † cõtra volũtatem rectoris non possunt colligere oblationes, de quibus rector potest libere et absolute disponere, vt sunt he, que simpliciter offeruntur, nõ expresso in quã causam sint conuertenda, nam cum sint rectoris absolute, nõ debent, neqz possunt laici se impedire de re aliena inuito domino.l.fi.C.de nego. gest. Nec enim quempiam decet rei aliene se immiscere domino contradicente.

7 ℄ Quinta cõclusio, et hec est aliquantulũ ambigua, laici † possunt esse collectores oblationum, que offeruntur fabrice, et ad vsum fabrice sunt cõuertende, adeo qꝫ in alium vsum conuerti nõ possunt.cle.ij.de relig. domi. Ista cõclusio põt dupliciter intelligi, primo, vt possit de licẽtia, et bñplacito prelati ac eius nole, et tunc plana est, qr nudum ministerium exhibẽt laici ad vtilitatẽ rectoris et ecclesie, nam et nomine prelati possunt colligere decimas.c.vestra.de loc.et tradit Dec.post alios in.d.c.decernimus.col.vj.et ibi dixi col.xvij.ver.sexto dubitaṯ. Secũdo potest intelligi vt inuito rectore possit, et isto casu dubiũ ẽ, nam cum rector sit administrator dictarum oblationum et omnium bonorum ecclesie iuxta not.per Inn.et alios in.c.cum sup.de cau.pos.et proprie.et per glo.in.c.cum ex eo.de elec.lib.vj. Nõ videtur qꝫ eo inuito possint laici dictas oblationes recipere, et earum administrationem habere, cõtrarium tamen videtur velle Pan.et Mod.in.d.c.decernimus.et Deci.in.d.cõs.cclviij.in.iij.dubio.vbi cõcludunt qꝫ de licentia episcopi licet laicis colligere oblationes, et eas cõuertere in aliquam piam cãm, qr tũc laici exhibẽt nudum ministerium nomine ecclesie. Mihi videtur qꝫ pũctus difficultatis sit ad hoc reducẽdus, vtrum episcopus

8 † possit eligere laicos fabricerios cõtra voluntatem, et in preiudiciũ rectoris: et iste est casus noster, qr dñs episcopus dicitur hos laicos deputasse operarios dicte capelle, qui operarij virtute huius officij oblationes colligere dicũtur. Et videreṯ prima cõsideratione dicẽm qꝫ sic, qr episcopus potest delegare causas ecclesiasticas laicis fm gl. et cõiter doc.in.d.c.decernimus.et in.c.peruenit.xcv.dist. Ergo etiam dicẽ possi laicis demãdare opus fabrice. Itẽ facit, qr epũs potest dare laico vnam prebendam in ecclesia fm glo.cõiter approbatam in.c.cum M.ferra.de cõsti. Ergo ẽt sibi cõferre poterit offm fabrice. In cõtrarium facit, qr cõstitutio sindici, procuratoris, iconomi, et similium spectat ad rectorem, nec episcopus potest solus defensorem deputare ecclesijs inferioribus nisi in negligentiam inferiorum prelatorum, vt firmãt Inn. Pan.et alij in.c.imperatorem.de iura.calu. Ergo ẽt solus et sine cõsensu rectoris nõ poterit cõstituere operarios, seu fabricerios. Item facit, qr epũs nõ potest aliquid statuere in preiudicium inferiorum prelatorũ, et inferiorũ ecclesiarum fm Inn.et Pan.in.c.vestra.de loca.quem sequuntur do. Ar.et.Imo.et Fel.in.c.cum o ẽo.de cõstit. quid tenẽdum? Mihi vr̃ qꝫ resolutio huius dubij pẽdeat ab his, que dicta sunt in primo dubio, nã si laici possint esse de iure operarij, crederem qꝫ ab epõ eligi possint, et deputari, qr põt episcopus subsistẽte cã preiudicare inferioribus prelatis, modo preiudicium non sit enorme, vt per gl.et Pan.in.c.cõstitutus.de reli.domi.et.c.ecclesie.xvj.q.j.nam ẽt laicis potest epõ cõcedere priuilegium libere sepulture in ecclesijs inferioribus fm Jo.and.in.c.certificari.de sepul. et cura oĩum ecclesiarũ sue diocesis spectat ad eum.c.

oẽs basilice.xvj.q.vij.c.regenda.x.q.j. Si vero laicus de iure nõ possit eẽ fabricerius, nõ poterit epũs eum habilitare in preiu-

9 diciũ prioris, qr epũs † nõ põt dispẽsare cũ inhabili, nisi in casibus expssis in iure.c.dilectus filius.de tẽp. ord. et.c.fi.de filijs psbyte. nec põt epũs statuere cõtra ius.c.qd̃ sup his.de ma.et obe.no.in.c.cũ dilectus.vbi gl.et Pan.de cõsuet. nã cum epũs debet sit canonũ, custodis offm, nõ dissipatoris dz prestare.c.cõsq̃ bus.et.c.seq.xxiiij.q.iij.et.§.j.xxj.dist in. ex his cõstat epũm

10 nõ posse eligere laicos in fabricerios, qui habeãt officium, vel preeminẽtiam in ecclesia, et qui suo arbitrio, suoqz nomine dispensant reditus fabrice absqz cõsensu rectoris, cũ laici de iure non possint hẽe aliquod offm in ecclesia, vt cõclusum fuit sup in primo dubio. Nõ obstãt cõtraria supra deducta, qd̃ epũs possit ecclesiasti-

11 cas cãs delegare laicis, qr istud reperiṯ cõcessum. delegati † n. delegãtis nomine, nõ autem iure proprio. cognoscũt de causis sibi delegatis.c.sup literis.de rescri. sic nos cõcedimus qꝫ laici possint noĩe prioris intẽdere offõ fabrice, sz negamus eis officiũ proprium, qd̃ Ant. Capuisti, et cõsortes vsurpãt, nã tanq̃ habẽtes offm in ecclesia, nomine proprij officij operariorũ cũcta gerũt, non curantes de prioris autoritate, ac cõsensu. Nihil ẽt facit qd̃ laicus possit habere prebendam in ecclesia, qr nõ propterea dr̃ habere aliquod offm, nec aliquam preeminẽtiam, sed dũtaxat certum temporalem reditum, qui cuicũqz pauperi laico potest assignari, hinc est qꝫ talis laicus habens prebendam non habet aliquam vocem in capitulo fm Inn.et Card.in.d.c.cum. M.ferra. et si episcopus nõ possit, multominus potuit vniuersitas, que nullũ hz disponẽdi de rebus ecclesie.

12 ℄ Circa fm, an valeat † cõsuetudo qd̃ laici possint esse collectores oblationum. Videṯ qꝫ nõ per tex.in.c.hanc cõsuetudinem.x.q.j.vbi hmõi cõsuetudo damnatur. Secũdo, qr nõ valet cõsuetudo quod laici habeãt iurisdictionem, vel preeminẽtiam super clericos.c.clerici.de iudi.c.ad audientiam nostram.de cõsue. Tertio, qr non vz cõsuetudo cõtra honestatem.c.irrefragabili.et ibi no. Pan.de offi.ordi.c.cum decorem.de vi.et hone.cle.no.idem Pan.in.c.cum inter.de cõsuetu. vnde nõ vz cõsuetudo quod laici simul cũ clericis sedeãt in choro.cle.j.de vi.et honest.cle.j nõ valebit cõsuetudo quod laici colligãt oblationes, qr ẽt cõtra honestatẽ quod laici habeãt preeminẽtiam in ecclesijs, ... cõtrarium fuit, in cõtrarium facit, qr cõsuetudo facit de incapaci capacem, et de ineligibili eligibilem.c.nos cõsuetudinẽ.vbi gl.xij.dist.et.c.cum olim.de cler.cõiug.et.l.nõ tantum.ff.de vecti.in fi.et in de facto seruari videmus. vnde cum ita sit cõsuetum, credẽdum ẽt est quod sit rationabile, qr in dubio pro cõi obseruãtia est psumẽdum.c.illa.et ibi gl.xij.dist in.c.cor. episcopi.lxxiij.dist. Quid tenẽdum? ego ex mẽte Decij.d.cõs.cclviij.in.iij.dubio colligo cõcordiam. Aut loquimur in oratorijs cõfraternitatibus laicorum, et in talibus locis cõsuetudo põt dare ptãtem laicis colligendi oblationes, que sibi spõte fiũt. Aut loquimur in ecclesijs, et tũc valet cõsuetudo quod laici sint collectores oblationum nomine rectoris et ecclesie, nõ autem valet quod suo iure, et proprio eorum officio, possint eleemosinas colligere per rõnes predicatas. et credo qd̃ ita se habeat cõis obseruãtia, vt de cõsensu rectoris eligãtur operarij, qui nomine ecclesie intẽdant fabrice. sz inuito rectore qd̃ eligant operarij qui iure pprio, et noĩe suo colligãt oblatiões, nõ credo cõsuetudinẽ vale, nec pbari posse.

℄ Circa tertiũ aduertẽdum est, qr resolutio depẽdet ab offo fabricerij, nam cum oblata pro fabrica acquirant fabrice, nõ aũt priori, prout tz Soc.in.d.trac.oblationũ.libello.xx.ṽ.secundo loco.et ṽ.ad scdm.cõis est, quod a fabricerijs possint colligi. vnde his casibus, quibus laici põt esse fabricerij, eisdem casibus poterũt oblationes colligere. Quãdo autẽ, et quibus casibus possint laici esse fabricerij, dictum fuit sup in.j.dubio. et vtrum valeat cõtraria cõsuetudo. pz ex dictis in precedẽti dubio.

13 ℄ Circa quartum, an teneãtur † fabricerij reddere rationes. Respõdeo eos absqz dubio teneri de oblatis, et receptis, rationes reddere priori, nam cum proprio nomine, et suo iure oblationes nõ recipiant, sed nomine ecclesie, et pro ipsius fabrica, cõstat eos teneri rõnes reddere priori dicte ecclesie. Primo, ex cõmuni regula, qr cauetur, vt pro gubernationibus creditis, quisqz cõueniri possit ad rationes reddẽdas sue villicationis.l.rationes.C.de admi.tuto.l.j.et per totum.ff.de tut.et ratio.distra.et.l.ij.ff.de neg.gest. Secũdo per tex.in.§.iconomos.in auc.de sanctis.episco.vbi etiam iconomus debet rõnes reddere. Tertio per text.in.l.nulli.C.de episco.et cler.vbi etiam episcopus executor vltimarum voluntatum teneṯ reddere rationes bonorum, que distribuẽda recepit. Quarto p tex.in.

.l.nec

l.ne distitius C.de muner.&c.li.x.p quez ego dixi i tractatu de peste li.iii.fol.cv.b.vltimo loco.Scdm ipressiom. Auenio. q erogator publice annone tenet rones redde reipublice seu agetib' p ea.sic g operarij tenebunt redde rones prio.d.eccle.

14 ¶ Circa vltimu,an liceat † irritare deuotas psonas, vt oblationes eis dent pro fabrica potius, q priori seu imagini &c. Videndus q sic p tex.in.l.fi.ff.& C.si quis aliq.test.probib.vbi permittitur q quilibet possit blado sermone inducere testatorez ad sibi relinquendu,vel donadu,quod et illecebris,precibus, hortationibus,obsequijs,meritis, donis,& his similibus.concessum vr.l.si qu.C.de inof.test.l.in rpsius.C.fa.erci. Et cuilibet permissuz vr facere negotia sua, prout melius pt, sm Bal.in.c.si proponente.de rekr.pro quo facit tex.in.l.ite si pretio.§.quemadmoduz.ff.loca. nec repebendendi viir operarij,si fabrice vtilitatez pferant vtilitati dicti prioris.l.tutor.la.j.§.j.ff.de admi.tut.l.videamus §.nec tutore.ff.de in litem iur.l.preses.C.de seruit.& aqua. In 3rius vr casus in clem.j. de penit.§.pen.vbi excoicantur religiosi procurantes legata vel elemosinas sibi,vel suis monasterijs fieri in preiudiciuz aliorum.Ad ide facit tex.in.l.lucius.§.sempronia.ff.de le.ij.vbi 3 eu,qui procurauit sibi fieri legatu in preiudiciuz alterius 3petit actio ad interee,& illuz tex.not.Bar.&alij ibi.Ad idez tex. in.§.in illis.alias incipit & hoc puenit.in auc.vt nulli iud.vbi probibet ne quispia procuret sibi donari,vel legari qd alijs legadus,vel donandum fuerat.Ad ide facit tex.in auc.vt cu de app.cogn.§.si 3iunctus.Quid igitur dom?Qo ista vr satis dubia pp iuriuz varietatez.Ego in hoc puncto sic distinguedus arbitror aut operarij absqz vlla fraude & versutia petut q elemosine offerant fabrice,& tunc iure agunt,& ita procedunt iu-

15 ra allegata pro operarijs. Aut † dolo,fraude,astu,vel machinatione procurant q elemosine dentur fabrice, non aut priori,& tunc pro damnis preteritis ad interee conueniri pnt, pro futuris poterunt iudicis officio cogi ad desistenduz ab hmoi versutijs,ita procedunt allegata pro priore contra operarios, ita in simili distingunt Cy.Bal.Alb.de rof.&Sal.in.l.qeqd .Carb.tut.vbi dicunt tutore,qui procurauit id sibi legari,qd testator volebat legare suo pupillo,teneri ad interesse, si dolo aut machinatione vsus fuerit,alias non.sequitur Bar.in.l.tutio.ff.ad muni.& Ale.& Mod.in.l.j.§.quesitum.ff.ad trebel. ¶ Sed qualiter constare poterit q fraude procurent elemosinas sibi fieri in preiudicium prioris?na qui dolu allegat ipse probare tenetur.l.quoties.§.qui dolo.ff.de probat. Ad istud poterit satis in proposito constare de dolo & fraude, si opera-

16 rij † transgrediantur fines verboruz & actuum, quibus vti debent modesti questores,nam eo ipso de dolo,& fraude conuincerentur,q elemosinas potius fabrice,q prioris faciendas dicunt,qr ex talibus verbis constat q in dammum prioris elemosinas querunt,quod non licet.d.cle.j.de priui. Ite de astu & fraude 3stare poterit,si ipsi operarij,vel alij ab eis summissi detraxerint bono nomini,boneqz fame dicti prioris,dicendo non ee meritoriuz oblationes facere ad vtilitate prioris,qui eas conuertit in malos vsus.Ita determinat Ang.in.l.iiij.ff. de inoffi.testa.vbi dicit suggestiones, quibus suggeritur alicui,ne relinquat,vel donet priori,siue cuicuqz alteri eo sub colore q ille sit de tali elemosina male meritus,ee pernitiosas, & damnabiles,per illuz tex. per quem dicit se obtinuisse auocari magna hereditatez ab agnatis.qui psuaserat testatori, ne instituerent certos pauperes,qr erat male 3ditionis,&fame &c. ¶ Item de astu,& machinatione constare poterit,si probetur operarios i petedis elemosinis vti callidis persuasionibus, que dolo & fraudi equiparantur.l. si quis affirmauerit.§.j.ff. de dolo. Dico etiam non licere operarijs vti importunis precibus,vt extorqueant oblationes in damnuz prioris.l.j.C.de peti.bono.sublat.lib.x.ibi quoniam plerunqz inuerecuda petentium inhiatione constringimur,vt non cocedenda tribuamus.&.c.cum in iuuentute.de purg.cano.facit tex.in.c.si qn. de rescrip.& ibi gl.not.q ea que per nimiam solicitudinez extorquentur non sunt admittenda,allegat tex.in.l.si priuatus. ibi acclamatione populi.ff.q & a quib.ma.libe.no fi.& tex.in. c.vnusquisqz simplicem sermonem proferat.xxij.q.iiij. Sic ergo operarij simplr debent petere elemosina pro fabrica, no autem importunare volentes offerre,vt sibi offerat,neqz alia verba calida & astuta intermissere,alioquin eorum sermo non erit simplex.l.iubemus.ibi nihil huiusmodi adiectum sit,sed simpliciter.C.de appel.l.si.vbi Bar.C.de dot. promiss.c.si.de testa.lib.vj.&ad propositu bene facit quod decidit Jas. in.l. j.§.si vir vxori.col.si.ff.de acqu.pos.post Bal.in.d.l.j.vbi decidit q donatio facta vxori,que assidue virum infestabat, vt sibi donaret,non confirmatur morte, qr donata ex frequenti petitione,non creduntur sponte data, sz ex molestia & importunitate vxoris.Faciunt etia que tradit Fel.in.c.que in ecclesiarum.col.xix.de constit. Ex quibus apparet appellationez domini prioris ab electione dictorum operariorum, admittendam recipiendamqz esse. Laus Deo.

Respons. acutissimi. J. V. D. Joan. Franc. Ripen. a sancto Nazario explicit lib.iij.

RESPON. IO. FRAN. A RIPA DE SANCTO NAZARIO IN DECRETALIUM LIBRUM QUARTUM.

De sponsalibus.

RESP. PRIMUM.

LIcet beneficia per contractum matrimonium ipso iure vacent, per sponsalia tamen contracta nullo iure vacare constat, nam predictorum diversa est ratio, minusque dicta de futuro sponsalia per osculum, munera, & nexum copule transeunt in matrimonium, nisi copula subsequatur, & eo casu beneficia vacare neminem latet. Nec pontifex ex potestate ordinaria solet literas ad beneficia vacatura impartiri, licet de potestate absoluta omnia possit, cum sit supra ius.

1 Contrahens matrimonium ipso iure beneficio privatur.
2 Per sponsalia de futuro, beneficia nullo modo vacant.
3 Sponsalia de futuro non transeunt in matrimonium, nisi secuta carnali copula.
4 Papa non solet dare literas ad beneficia vacatura de potestate ordinaria, & ibi vide quid de absoluta.

Respon. interpreta.

DE tribus effectualiter queritur consilium. Primo, an per sponsalia de futuro vacent beneficia? Secundo, an sponsalia de futuro per oscula, munera & nexum copule transeant in matrimonium, ita quod beneficia ex tunc vacare censeantur? Tertio, posito quod non vacent, an Papa possit dare literas gratiosas ad beneficia, contrahenti sponsalia sub conditione si vacabunt per subsequens matrimonium?

Circa primum, videretur prima facie, quod per sponsalia de futuro vacent beneficia ipso iure, nam per contractum matrimonii vacat, & contrahens † matrimonium est ipso iure privatus. c. quod a te. c. diversis fallaciis. de cler. coniug. ergo idem dicendum in contrahente sponsalia, quia prohibito matrimonio censentur prohibita. l. oratio. ff. de spons. & idem iudicandum est de principio principaliter, quod de ipso principiato. l. marit. C. de proc. ubi no. Bal. & mod. & idem iudicandum de preparatoriis, quod de preparato. l. ordinari C. de rei vend. & traditur plene per Mod. in rub. ex. de iudi.

Premissis non obstantibus, contrarium, quod non vacent tenent communiter doc. ut attestatur Pan. in c. j. de cler. coniuga. & Rota decis. xcvj. in tit. de rescr. in no. & Fran. Pau. in trac. de sede vacan in ult. premisso. §. iij. per contrarium. Ratio est, quia per sponsalia non alligantur sponsi contrahere matrimonium, sed possunt mutuo consensu discedere a sponsalibus. c. ij. de spons. sicut autem acceptans fin beneficium non privatur primo, nisi plene consecutus fuerit fin. c. cum in cunctis. de elec. Ita per sponsalia de futuro † non privabitur sponsus, quia non dicitur plene translatus de matrimonio spirituali ad carnale, requiritur. n. ad hoc ut vacent beneficia promoti ad episcopatum, quod episcopus sit consecratus, & plene translatus. c. si quis iam translatus. xxj. q. ij. & ideo ante consecrationem & adeptam possess. non possent alteri sua beneficia conferri. c. post electionem. de concess. preb. confirmatur, quia beneficia ingressi religionem ante professionem expressam, vel tacitam non vacant per simplicem ingressum, quia infra annum potest libere exire, nec videtur ante professionem plene translatus ad religionem. c. beneficium. de reg. li. vj. & ibi expresse dicitur quod ante lapsum anni non debeant beneficia sua alteri conferri, sic ergo per sponsalia non vacabunt, quia non videtur plene ad matrimonium translatus, cum possit dari casus per quem non sequeretur matrimonium. d. c. ij. & ista est ipsa veritas.

Circa secundum respondeo quod sponsalia de futuro per oscula, munera, & nexum copule non transeunt in matrimonium, nisi sequatur † copula carnalis. c. fi. de sponsa. c. j. de matri. contrac. cont. interdic. eccl. Immo si sponsus de futuro traduxerit sponsam ad domum, dummodo eam perfecte non cognoscat. i. non sequatur sanguinis commixtio, non transeunt adhuc sponsalia de futuro in matrimonium secundum Pan. Card. & communiter doc. in. d. c. fi. ex quo sequitur quod etiam non vacabunt beneficia, nisi contrahatur matrimonium per verba de presenti, vel interveniat copula.

Ad tertium si queratur de potestate absoluta, non negabo Papam posse, quia in beneficialibus Papa est dominus. c. proposuit. de concess. preb. & habet omnia beneficia sibi manualia de. j. ut lite pendente. Si queratur de potestate ordinaria, dico quod Papa non solet † dare literas ab beneficia vacatura. c. j. de conc. preb. li. vj. nam de consuetudine romane curie beneficia electi & confirmati ante adeptam possessionem expresse conferuntur, licet electus non sit plene translatus, secundum glo. in. d. cle. j. in ver. collato. & Roma. consil. cccxxv. Quoad primum non credo tamen quod de consuetudine curie conferantur beneficia sponse de futuro ante contractum matrimonium, quia ut dixi sponsus potest discedere a sponsalibus, non sic episcopus consecratus, quia ordo & caracter iam impressus, ab eo auferri non potest. c. j. & per totum. de sacra. non reiteran. & si daret non est dubium quod ea poterit revocare. l. eius est nolle. ff. de reg. iu. nam etiam sine causa potest (si velit) auferre beneficium ei cui literas plenum ius in beneficio acquisitum, secundum Ant. de but. in. c. constitut. de relig. domi. & etiam privilegia per ipsum concessa potest quando vult revocare. c. veniens. de prescr. unde esto quod daret literas, remedium erit quod illi quibus voluerit sponsus resignare obtineant provisiones a papa cum derogationibus & revocationibus quarumcumque concessionum in forma amplissima, possem premissa aliis iuribus, rationibus & autoritatibus comprobare, sed quia omnia clare procedunt, non implebo folia ubi non est opus. Laus Deo.

RESPONSUM II.

LIcet ex his verbis, promitto non accipere aliam in uxorem, nisi ipsam Joannam, matrimonium contractum dici non possit, quia verba in futurum concepta sunt, minusque sponsalia ex vi dictionis nisi, nec utrumque ex vi protestationis facte per ipsam Joannam contractum videatur, ex quo protestatione actus sequentes declarantur. Nihilominus ex his que proponuntur, non sine peccato Alexander predictam Joannam dotatam famosamque eius uxorem, & ita ab eo appellatam, & cum qua diu cohabitavit, & ex qua liberos suscepit, nullo iure recusari potest.

1 Verba menti deserviunt & non intentio verbis, quare de verbis non curatur si de mente constet.
2 Instrumentum dotis separatum a contractu matrimonii matrimonium probat.
3 Est in electione deflorantis virginem aut eam capere, aut dotare, vel penam corporalem subire de iure canonico. Sed de iure civili, relegatur & dimidia bonorum suorum confiscatur.
4 Duo testes etiam femine suficiunt ad probandum matrimonium.
5 Summa confessio coniugum pro matrimonio facta matrimonium probat.
6 Sponsalia de futuro secuta copula transeunt in matrimonium presumptum contra quam presumptionem non admittitur probatio.
7 Nominatio, cohabitatio, & fama iuncta cum constitutione dotis plene probant matrimonium.

Respon. interpreta.

IN causa matrimoniali nobilis domine Joanne bone, adeo copiose & subtiliter scripsit eximius doctor do. Petrus Alberti, ut vix quicquam addi posse videatur, quia tamen exoratus fui ut iuridicam predicti do. Alberti consultationem comprobarem, hec pauca volui pro eius desiderio, non pro iure cognitia subiungere. Solum in presenti causa dubitationem facere videntur verba illa negative concepta, promitto non accipere aliam in uxorem nisi ipsam Joannam, non enim per hec verba potest dici contractum matrimonium, quia de futuro, nec etiam videntur contracta sponsalia, quia dictio illa nisi ipsam, isto casu habitum tantum ponere videtur, non actum, dictio. n. nisi adiecta dispositioni negative illud tantum ponit, quod precedens dispositio negabat. l. actione. C. de trans. c. cum accessissent. de constitut. verum in casu isto precedens dispositio negabat habitum, & potentiam solum, non actum, ergo dictio nisi sequens, ponet potentiam & habitum tantum, non autem actum, & sic sensus erit, quod ipse Alexander possit si velit ipsam Joannam dispensare, & non possit alias. Aliud etiam videtur dubitationem augere, quia do. Joanna non erat presens quando fuerunt prolata suprascripta verba. & ideo licet ex post per signa exteriora ipsa do. Joanna videatur consensisse, tamen consensus al-

terius

terius ex intervallo subsequens vitiat contractus matrimonij, sicut et vitiat stipulationem l. i. §. qui presens ff. de verb. obl. Ita determinat Arch. in c. sufficit. xxvij. q. ij. et tanto magis in casu isto, quia protestatio precedens declarat quo animo gerantur actus subsequentes. l. nesennius. ff. de neg. gest. l. qui in aliena. §. si. ff. de acquir. her. sicut est prius. o. Joanna protestata fuit amorose, et non animo contrahendi matrimonium Alexandro sui copiam fecisse, hinc cetera expost amorose facta presumuntur, bene facit quod consuluit Oe. consi. lxi. inci. super premisso dubio, ubi in terminis decidit, quod si precessit protestatio per quam vir dicat tu eris amasia mea, si postea dicat eidem consentienti, poteris ita te bene habere, quod ego solennizarem matrimonium in facie ecclesie, per talia verba non esse sponsalia contracta intelliguntur, nec matrimonium secuta copula, sed his et similibus non obstantibus, quod pro veritate per predictum clariss. do. Petrum conclusum fuit verius existimo ex fundamentis et rationibus per eum ornate recitatis, et ex infrascriptis. Primo, quia illa verba promitto non habere aliam in uxorem nisi Joannam, licet sint de futuro, tamen ubi ex coniecturis potest apparere quod volebat contrahere de presenti, inducitur matrimonium. secundum Card. flor. in c. ex litteris. et in c. ex parte. de spons. quia ineptitudo verborum non vitiat consensum. c. tua nos. eo. ti. verba † n. deserviunt intentioni, et non intentio verbis. c. secundo requiris. de appel. l. cum virum. ff. de fideicom. et verbis subsunt consensui tanquam suo originali. dixit Bal. in c. mandatum. de rescrip. In proposito casu non una, sed plures subsunt coniecture, ex quibus apparet quod Alexander volebat contrahere de presenti. Prima coniectura est, quia inter ipsum Alexandrum et patrem dicte Joanne primo agebatur de contrahendo matrimonio, ut dicunt duo religiosi, et duo laici, et ista sola est sufficiens ad declarandum illa verba ambigua. ita Spec. in ti. de spons. in prin. vers. quid si ita dixero. quem sequuntur moderni in d. l. actione. Secunda coniectura est, quia in probatione et scriptura talium verborum fuit constituta, et promissa dos, que non potest esse sine matrimonio. l. fi. C. de do. ante nup. l. iij. ff. de iur. do. hinc est, quod per instrumentum dotis quo ad ipsas partes probatur matrimonium, ut est tex. singularis in §. illud. in auc. ut fratrum filij. co. §. quem singularem ad hoc appellat Bal. in auc. si quis in aliquo. C. de eden. Bal. cons. cccv. in iij. parte. Inn. in c. illud. de presump. si ergo instrumentum † dotis probat matrimonium quod est effectum separatum a contractu matrimonij, fortius probabit si dos fuerit constituta in ipso contractu ut clare dicit Card. in d. c. illud. Tertia coniectura, quia incontinenti in eadem et cedula Alexander appellat et nominat eam uxorem suam, unde ex sequentibus declarantur precedentia. l. servum filij. §. fi. ff. de leg. i. cum alijs allegatis per Mod. in l. talis scriptura. eo. tit. Quarta coniectura, quia in cedula ipsa matrimoniali inest pactum, per quod pater d. Joanne obligatur retinere ipsam Joannam in domo sua usque ad beneplacitum ipsius Alexandri, ex quo pacto, arguendo a contrario sensu, quod argumentum valet etiam in contractibus. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pac. dot. quia tex. loquitur in pacto inter socerum et generum, ut nos loquimur, ergo colligitur, quod dictus do. Franc. pater dicte Joanne sit obligatus tradere dictam Joannam ipsi Alexandro volenti eam traducere, illud autem pactum implicitum necessario presupponit, verba illa, promitto non accipere aliam in uxorem, nisi Joannam, importare matrimonium de presenti, quia si vult unum, velle debet necessarium omnino ad illud. ff. de acq. her. l. ij. ff. de iurisd. om. iu. c. de causis. de offi. deleg. facit. l. oratio. ff. de spons. non n. potest alius obligare patrem ad tenendum sibi filiam suam, nisi maritus. c. ex transmissa. de rest. spol. et c. literas. eo. tit. et nulli alteri conceditur vendicare filiam, nisi marito. l. i. §. p hanc. et ibi legiste. ff. de rei vendi. no. in d. c. illud. de presum. per illum tex. Quinta coniectura colligitur ex copula precedenti propter quam copulam ipse Alexander † tenebatur eam in uxorem accipere cum esset, ut presupponitur, virgo, aut dotare, aut penam corporalem subire, et in electione ipsius est de iure canonico. c. ij. ubi Abb. et alij. de adul. de iure civili debuit relegari, et eius bona confiscari pro omnidia. insti. de pub. iu. §. iij. et §. si vero. Unde cum esset in electione ipsius Alex. vel dotare, vel eam sibi in uxorem deligere, dico, quod ex verbis infinitivi temporis, ut sunt ista, promitto non ducere aliam, nisi ipsam videtur elegisse eam in uxorem, et ex electione ipsa inductum fuit matrimonium de presenti. ita in materia electionis probat tex. in l. apud Auffidium. ff. de opti. lega. ubi si legatarius habens ius eligendi unam ex pluribus rebus legatis, dicat promitto, vel volo accipere istam, ex hoc statim consummata est electio, et ex tunc illa res electa efficitur sua, ergo idem in casu isto. bene facit doctr. bar. in l. servi electione. in princ. ff. de leg. i. cum ibi copiose adductis per modernos. Si n. Alexander interrogatus a iudice dixisset, promitto non accipere aliam nisi eam, videretur elegisse eam traducere. et non dotare, sic idem si interrogetur a patre, idem respondit, nam tunc verbum nisi non potest ponere potentiam tantum, quia tenebatur alterum predictorum facere. d. c. ij. de adulterijs. et quod ista fuerit intentio partium constat ex dictis illorum duorum religiosorum, qui subscripserunt se in dicta cedula, et qui aperte deponunt quod Alexander tempore dicte cedule, dixit et confessus fuit quod d. Joanna eius uxor, et quod eam pro sua uxore tenebat. istis n. duobus viris maxime religiosis plene creditur. c. consultationi. de sponsa. et quod credatur testibus qui se subscripserunt, quando deponunt perfecte de contentis in apodixa, firmat Bar. in auc. et si contrahens. de fide instr. Pan. in c. ij. eo. tit. mod. preclare in l. admonendi. de iure iur. et hoc quo ad cedulam verum etiam ex solis testibus videtur concludenter probatum matrimonium. pro cuius dilucidatione premitto quod

4 duo † testes, etiam femine sufficiant ad probandum matrimonium. c. super eo. el. ij. de testi. si modo discutiantur dicta testium diligenter, invenietur probatum matrimonium non solum a duobus, verum etiam a pluribus, et non uno medio, sed diversis. Primo, ex confessione ipsius Alexandri de qua ponit Franciscus meluni primus testis. et Lud. deiro. et confessione ipsius Joanne, de qua constat ex dictis

5 plurium, que confessio † probat, quando agitur de matrimonio. secundum glo. Pan. et alios in c. super eo. de eo qui cogn. consan. ux. sue. et est tex. in c. ij. et ibi not. Pan. de clandesti. despons. Host. in summa de matri. col. ij. §. et qualiter. vers. sed si ambo. Rom. sing. dcxiiij. incip. Tu audivisti. tex. in l. fi. C. de transl. Secundo nec obstat quod sit facta absente parte, quia quicquid sit de iure civili, de equitate canonica, non requiritur partis presentia secundum Ant. Card. Imo. et mod. in c. si cautio. de fi. instru. et ista opi. est com. ita Dec. loquens in causa matrimoniali. cons. cxiij. col. ij. in princ. Preterea ista confessio fuit reiterata presente dicta do. Joanna et acceptante, ut attestantur Joanna testis nonus, et Ludo. decimus testis. Secundo constat de matrimonio ex dicto predicte Joanne testis et Ludovici qui contestes clarissime deponunt Alexandrum et dictam do. Joannam in eorum presentia per verba de presenti dicendo, Ego do tibi meum corpus in signum matrimonij, et tangendo sibi manum invicem contraxerunt matrimonium, per que verba eorum consensum demonstrent, matrimonium legitime contractum fuit. c. si inter virum. de spons. Tertio, posito quod per verba de quibus in cedula, nec per aliqua alia non esset contractum matrimonium de presenti, tamen negari non potest quin per talia verba

6 de quibus in cedula, non sint contracta sponsalia de futuro, que secuta † copula transiverunt in matrimonium presumptum tali presumptione, contra quam non admittitur probatio in Summ. c. is qui fidem. de spons. et hoc latius deductum fuit per predictum do. consulentem. Et eo maxime, quia ultra sponsalia et copulam, constat de cohabitatione, de constitutione dotis, de nominatione, de osculo, de procreatione liberorum, de confessione partium, de transmissione munerum, de tractatu matrimoniali, de fama, que licet singula non probent, unita tamen probant, ut supra dixi, ut est casus in d. c. illud. de presump. ubi

7 ex nominatione † cohabitatione, et fama, maxime si appareat de constitutione dotis, dicitur concludenter probatum matrimonium, et quanquam in hoc casu ista cohabitatio non fuerit decennalis, tamen concurrunt alia plura indicia, que operantur tantum quantum cohabitatio diuturna. Non n. diuturnitas cohabitationis est necessaria ubi alia indicia sufficienter concurrunt, et concludit ibi Cor. et Ant. ¶ Ex premissis remanent resoluta que in oppositum deducta, et specialiter respondendo ad primum dum dicitur quod verba illa sunt de futuro, et propterea non inducunt matrimonium de presenti. Ego respondeo verum esse, nisi aliter appareat de mente partium de qua apparet in casu isto, ut patet ex supra allegatis. nec refragatur quod d. Joanna esset absens, et consenserit ex intervallo, quia communis opi. est contra Arch. quod matrimonium valeat dato quod consensus alterius subsequatur ex intervallo, secundum Host. Jo. and. et alios in c. dilectus. de spons. Host. et Card. in c. ex literis. el. ij. eo. tit. Preterea ut dicitur pater dicte Joanne habebat mandatum speciale ad hoc. certum autem est quod per procuratorem, imo per nuntium matrimonium contrahi posset. c. fi. de procu. lib. vj. Pan. in c. ex parte. el. ij. de conver. coniug. non obstat dum dicitur, quod verba illa ponunt tantum potentiam, et sic non inducunt sponsalia de futuro, quia in contrarium est communis opinio, ut per Pan. et alios in d. c. ex literis. et si recte considerentur prima verba negativa abnegant actum iuris, licet non actum facti, ergo dictio nisi subsequens ponit potentiam et actum iuris, non obstat quod protestatio precedens declarat quo animo gerantur actus subsequentes, quia verum in dubio, secus si clare constet de contraria voluntate prout constat manifeste in casu isto. Tertio respondetur, quod tempora etiam cedula dicitur ex testibus constare de vero matrimonio, ut supra demonstravi. Ex quibus omnibus concludendum restat d. Alexandrum non posse sine peccato recusare eam famosam uxorem, attento maxime (ut premissum est) quod liberos suscepit. Laus deo.

Cum Regulariter duo testes sufficiant ad probandum quodcunque negotiu, ideo videbatur prima fronte bene iudicatum, & rite ac recte delatum iuramentum suppletorium fuisse Joanni Paulo. Cum matrimonium contractum in forma per verba presentia inter eum & Gaspardam Chaberte per duos testes probavit, etiam dato quod unus testis integer non esset, dummodo alter omni exceptione careat. Verumtamen quoniam secundum ea que proponuntur, testes pro parte Joannis producti non sunt omni exceptione maiores prout in matrimonio requiritur. Sed varii contrarii sunt, ac unus est amicus amicitia inordinata. Ideo nullam penitus fidem faciunt. Quid quod etsi dictum matrimonium semiplene probaretur, nullo tamen iure iuramentum suppletorium eidem Joanni per iudicem erat deferendum, quia iuramentum huiusmodi deferri non debet nisi probo viro, & cui nihil opponi possit, & maxime deferendum non est verisimiliter deieraturo. Sed Joannem ob intestinum amorem quo dictam Gaspardam prosequitur non deieraturum quis affirmabit? non saltem non presumat & cum amantes amentes esse facile constet. Quare male iudicatum per iudicem a quo, & bene per Clementem a delatione predicti iuramenti appellatum esse respondi.

1. Regulariter duo testes sufficiunt ad probandum quodcunque negotium. & quid in causa matrimoniali. vide nu. 4.
2. An iuramentum suppletivum parti veniat deferendum? & quomodo procedat. & vide nu, 15.
3. An in causa matrimoniali liceat deferre iuramentum suppletorium? & vide quomodo procedat. nu. 15.
5. Amicitia inordinata repellit testes a testimonio.
6. Testis habens affectionem ad causam generaliter repellitur.
7. Testis ratione conversationis & familiaritatis repellitur a testimonio.
8. Testis ratione paupertatis redditur suspectus adeo quod non est omni exceptione maior.
9. Testis contrarius non admittitur. & vide nu. 12.
10. Testis vilis exercens artem vilissimam non admittitur.
11. Minor viginti annis repellitur a testimonio in criminalibus.
13. Testes contrarii reducuntur ad concordiam non ut probent, sed ut excusentur a periurio.
14. Testes utentes eisdem verbis, eodemque sermone subornati presumuntur.
16. An valeat argumentum de matrimonio spirituali ad carnale.
17. Decisio Pan. & sequacium in.c. mulieri. quomodo procedat. Geminianus fuit maximus Canonista.

Qui veritas est, me dirigat in viam veritatis.

Respon. interpreta.

Visis Sententia, & attestationibus productis in causa matrimoniali, que vertitur inter Joannem Pauli actorem ex una. Et Clementem de Puteo, & Gaspardam Chaberte reos ex altera. Prima consideratione videbatur mihi bene iudicatum, quia duobus testibus probatur matrimonium prius fuisse contractum inter ipsum Joannem & Gaspardam. Regulariter. n. duo † testes sufficiunt ad probandum quodcunque negotiu. c. in omni negotio. de testib. l. ubi numerus. ff. eodem. etiam ad probandum matrimonium. c. super eo. el. ii. extra eodem tit. Duo. n. testes, vz, Gregorius Martini, & Honoratus Baioli deponunt qualiter in itinere publico. Apres de celuy sainct Piere de piere. dictus Joannes dixit ipsis duobus testibus. Vous autres me serez tesmoingz comment Gasparde me donne son corps. Ne fais tu pas Gasparde? Laquelle respondit, ouy bien. Et idem Joannes respondit, & ie le recois. Et postea ipse Joannes dixit. Et ie te donne mon corps, en nom de mariage. & ipsa Gasparda respondit, & ie le recois. Et tunc se invicem osculati sunt &c. Per que verba cum sint de presenti, & prolata in forma matrimonii procul dubio videtur contractum verum matrimonium. c. ex literis. c. tua nos. de spon. Nec obstare videtur quod Gregorius primus testis sit amicus & familiaris dicti Jo. quia cum Honoratus alter testis sit integer, & omni exceptione maior, potuit iudex a quo deferre † iuramentum dicto Joanni in supplementum probationis, ex quo iuramento suppletorio resultat perfecta probatio. l. in bonefidei. C. de reb. cred. & ff. de iureiur. & ita glo. in. c. mulieri. eo. tit. & in. l. ait pretor. la. ii. ff. eo. tit. in fine princip. & ibi Bar. & alii communiter concludunt in causa matrimoniali non esse deferendum iuramentum in supplementum, quia causa matrimonialis dicitur † causa ardua. secundum Specu. in tit. de rescrip. presenta. §. ratione que forme. & Pan. in. c. causam matrimonii. de offi. deleg. circa concordantibus, de quibus per Rod. in. c. si pro debilitate. eo. tit. Tamen ubi reperitur actorem plusquam semiplene probasse, potest iudex consideratis qualitatibus personarum & cause deferre iuramentum in supplementum, puta si actor fuit vir optime vite, neque sit inferior puella contra quam agit, & habeat duos testes, unum integrum, alium non omnino integrum. ita formaliter concludit Pan. in. c. mulieri. col. iii. versic. ego in dubio crederem. quem sequuntur Pau. Salv. Alex. & Jas. in d. l. ait pretor. la. ii. ad finem princip. ff. de iureiur. & idem Jas. in. l. admonendi. eod. tit. & Jacob. Aufreri. Tolosana decis. cxxi. & Alex. consi. cxix. alias. cxxi. viso processu. lib. ii. & Bal. consi. cxxiii. causa matrimonialis. lib. ii. Quorum autoritatibus do. iudex a quo motus fuit ad deferendum iuramentum ipsi Joanni, & iudicandum pro eo. Premissis tamen non obstantibus, intrepide respondeo male & pessime fuisse iudicatum, & bene appellatum. Et ad istud clarissime demonstrandum duo faciam. Primo ostendam non fuisse semiplene probatum matrimonium inter ipsum Joannem & Gaspardam. Secundo demonstrabo etiam si fuisset plusquam semiplene probatum, non tamen iudicem debuisse, nec potuisse deferre iuramentum in supplementum ipsi Joanni actori. Pro cuius dilucidatione presuppono unam conclusionem notissimam. In causa † matrimoniali, maxime quando agitur de dissolutione alterius matrimonii requiruntur testes omni exceptione maiores. secundum glo. in. c. i. & ibi Pan. in quarta nota. de consang. & affi. & in ca. in literis. in gl. fi. de testi. Andr. Sic. consi. xv. col. i. lib. i. & consil. liiii. colum. tertia. eo. lib. Decius consilio. cccx. visis diligenter. Et requiritur quod sint rogati secundum Specul. tit. de testi. §. primo. versic. Item quod non fuit rogatus. & glo. in capit. testes. §. de iis. iii. questio. iii. & in capit. si testes. iiii. questio. iii. Andre. Sicul. in. d. consi. xv. col. prima. & Deci. in. d. consil. cccx. Istis sic premissis, respondeo matrimonium non fuisse semiplene probatum per Joannem actorem. duo. n. tantum deponunt de huiusmodi pretenso matrimonio. s. predicti Gregorius, & Honoratus. & neuter potest dici testis omni exceptione maior. nam Gregorius primus testis est amicissimus ipsius Joannis, ut patet ex depositione eiusdemmet Gregorii, qui deponit, quod poneret vitam pro ipso Joanne. amicus. n. † qui pro amico testificatur non dicitur integer testis, nec omni exceptione maior. secundum Anto. Pan. Jmo. & alios in. c. quoties. de test. Alex. consil. xiii. & consi. xviii. lib. i. & Dec. consilio. cxiii. ubi dicit quod testis benivolus parti, non potest dici omni exceptione maior. imo propter amicitiam inordinatam non solum fides diminuitur, sed etiam potest testis a testimonio repelli. secundum Bal. in. c. i. de test. Consideret autem integritas iudicis ad quem an iste testis, qui affirmavit quod poneret vitam pro Joanne an sit ei amicus amicitia inordinata. Nam si vitam poneret pro eo, etiam testimonium verisimiliter mutabit. Secundo, non est integer testis alia ratione, quia interrogatus respondit, quod vellet ipsum Joannem reportare victoriam. Ex hoc arguitur quod habet affectionem ad causam in favorem ipsius Joannis. ergo eius testimonium reiiciendum. Ita in proposito decidit Capola cautela lxxiiii. testibus examinandis, & generaliter habens † affectionem ad cam repellitur. l. fi. de testi. maxime in causa matrimoniali, secundum Pan. in. c. videtur. qui matri. accus. poss. & Dec. in d. cons. cx. col. iii. Tertia ratione suspectum est testimonium huius testis, quia est familiaris, & conversatur quotidie in tabernis & popinis cum dicto Joanne, ut ipsemet testis fatetur, & aliis testibus comprobatur. Ratione autem conversationis † & familiaritatis repellitur testis. c. repellantur. de accu. bene facit quod. ff. Bar. in. l. i. §. prevaricatorem. ff. ad turpilia. & traditur per Gando. in tract. maleficiorum. in tit. de princip. & indici. col. v. Item quarta ratione non est integer testis, quia nihil possidet, & sic † pauper. Ratione autem paupertatis testis redditur suspectus, ita quod non potest dici omni exceptione maior. l. iii. ff. de testi. & in causa matrimoniali que equiparatur cause criminali propter eius arduitatem. Ubi de statu hominis & perpetua servitute tractatur, secundum Alex. consi. cxliii. quoniam abunde. li. ii. Item quinta ratione

19 hi testis nullã fidem facit, qr est sibi † 3rius. ca. cum tu. de te-
sti. l. qui falsa vel varia. ff. co. nã prius deponit q̃ nesciebat an
Joannes esset talia facturus. postea in secundis interrogato-
riis rñdet, q̃ in itinere Joannes ei pdixerat q̃ Gasparda ex-
pectabat eũ ad sanctũ Petrũ, q̃ volebat cũ alloq. & q̃ oberet
secum ire. Pluribus ẽt aliis rõnibus testimoniũ huius testis
nõ est recipiendũ, quas seriosius deduxerunt p̃stantes dñi ad-
vocati dicti Clementis, ad quos me remitto. Scdus ẽt testis
Honoratus Baioli, nõ põt dici integer testis q̃ pluribꝰ ẽt rõ-
20 nibus. Primo, qr est vilis † psona exercẽs artẽ vilissimã Ma-
21 cellarus. Scdo, qr est minor † viginti annis, q in criminalibus
repellit a testimonio. l. in testimoniũ. ff. de testi. & ẽt in cã mri-
moniali, q̃ cãe criminali par ẽ, vt. ĩ. dixi. Tertio, qr 3rial Gre
22 gario primo testi in pluribus, vñ cũ sint inter se † 3rii, & varii
neuter probabit. dic. c. cũ tu. & d. l. qui falsa. Contrariant pri-
mo in tpe, qr vnus deponit 3ctũ fuisse matrimoniũ circa meri
diẽ. s. xi. & xii. hora, alter õt inter meridiẽ & vesperas. discordãt
ẽt in loco, qr vnus deponit q̃ Gasparda erat in itinere prope
oratoriũ. s. Petri, qñ Joãnes vocauit ipsos testes vt adessent
mrimonio. Alter vero õt q̃ vidit Gaspardã dans le iardin ꝺ
Carmentray. & q̃ a via discessit Joãnes & accessit ad eã. & paru
postq idẽ Joãnes vocauit ipsos testes, vt illuc accederẽt. Ec
ce apta discordia, & 3rietas, qr vnus dicit q̃ transeũdo añ ora
toriũ. s. Petri inuenerũt ibi Gaspardã, & ibi fuerũt rogati vt
essent testes. Alter õt q̃ eũdo oẽs tres versus sanctũ Petrũ
viderũt Gaspardã a lõge venientẽ du iardin de Carmẽtray.
& q̃ ab ipsis testibꝰ recessit Joãnes, & iuit ad Gaspardã, & po
stea ipsi testes vocati illuc ẽt accesserunt, & sic discordãt in duo
bus. Primo in loco i quo inuenerũt Gaspardã. Scdo i loco i
quo dr̃ celebratũ mrimoniũ. Itẽ i alio discordãt, qr vnus de-
ponit q̃ 3cto matrimonio Gasparda iuit versus suum iardi-
num. Alter vero õt q̃ iuit versus sanctũ Petrũ. Nec illa 3cor
dia dr̃ posse adaptari, & vbi aliqua subtili 3sideratiõe possent
23 3cordari, nĩ talis 3cordia † admittẽda foret solũ vt testes eui-
tarent periuriũ, nõ vt pbarent. ſm Jo. And. in addi. Spe. in
ti. de testi. §. ij de interrogatoriis. Ant. & Pan. in. d. c. cum tu.
Alex. in 3s. cxvi. li. j. Adde q̃ alia rõne nõ videnl integri testes
24 qr eisdẽ verbis † eodẽq3 sermone vtunt i eorũ depositionibus
quo casu subornati p̃sumunt, vt i cã mrimoniali rñdet Deci.
3s. clxiii. Adde ẽt q̃ nõ fuerũt rogati put reqril, & l3 fuerint re
giti p Joãnẽ Pauli vt essent testes, nĩ hoc nõ sufficit, qr op3
q̃ ab ambabus partibꝰ rogent, vt p gl. i. §. nos aũt. in auct. ꝺ
tabe. & p Ang. i. §. & l3. i auct. de testi. sup q̃ nĩ nõ facio magnã
vi3, qr plures sunt q volũt, q̃ i cã mrimoniali nõ reqral rogitꝰ
testiũ. Ad in pposito refert Dec. 3s. clxiii. co. iiii. Aliis ẽt rõni
bus reprobat testimoniũ huiꝰ scdi testis p dños aduocatos
d. Clementis, quas nõ repeto. Ex qbus oibus clarissime con
stat q̃ nec plene, nec semiplene pbat hmõi clandestinũ matri
moniu3 cũ nullus adsit integer testis. Quibus stãtibꝰ nõ op3
q̃rere de iuro suppletorio, qd nunq̃ deferl nisi sit saltem, semi-
plene probatũ. iuxta tradita p gl. Bar. & alios in. l. admonen
di. ff. de iureiu. Ut nĩ veritas clarius elucescat. venio ad ſm, &
dico nõ fuisse nec esse deferẽdũ iuriũ in supplementũ. d. Joã-
ni, ẽt si pluſq̃ semiplene probasset itẽtionẽ suã, qr in cã matri-
moniali vtpote in cã graui & ardua, in qua de statu hominis
25 perpetuo agil non defertur iurm † in supplementũ. ſm glo. &
cõiter doc. in. d. l. ait pretor. la j. i prin. & in. d. c. mulieri. Alex.
3s. clix. qm abunde. li. ij. Gemi. 3s. lx. sup p̃misso dubio. co.
ii. Dec. i. d. consi. cxxxiii. & 3si. cxlvi. & 3si. cccx. Nec obst. quum
dr̃ q̃ est in arbitrio iudicis deferre, vel nõ deferre cõsideratis
q̃litatibus psonarũ & cãe, ſm Pañ. in. d. c. mulieri. & alios ĩ
allegatos. Qr rñdet tripliciter. Primo, q̃ opinio Panor. &
sequaciũ non est vera. & 3rium tenent Card. & Imol. in. d. c.
mulieri, vbi Card. inqt q̃ si Pontifices voluissent in cã mri-
moniali locũ ẽẽ iuro suppletorio, verisimiliter statuissent i ali-
quo canone, cũ tot & tanta iura fecerint in hac materia, & in 3-
rium adducit text. in. c. super eod. de testi. & contrarium tenet
Gem. in. d. consi. lxi. vbi erat probatu3 mrimonium p vnu3
testẽ integrũ, & plures alias p̃sumptiones, & tñ rñdet non esse
deferendũ iurm in supplementũ, & idẽ volunt Deci. in. d. cõsi.
clxiii. & cx. Contrariũ ẽt 3suluit Soc. in. j. vol. 3si. cxxxvi. Pre
stantissime doctor q̃ est repetitu3 in. ii. vol. 3si. clv. pro quo ẽt
adduco Feli. in. c. veniens. el. j. in vlt. no. de testi. Et ego com
26 probo arguendo † de mrimonio spirituali ad carnale, q̃ est
optimũ argũ. c. inter corporalia. de transla. pla. Nã in causis
beneficialibus ad pbendũ titulũ non deferl iurm in supplemẽ

tum, quia sunt cause graues, & quia magnum est periculu3 q̃
ecclesia regal p intrusum. ſm Bal. in. d. l. in bone fidei. & tra-
ditur. in. c. j. de reg. iur. li. vi. est tex. & ibi no. p Gemi. in. d. c.
j. de eo q mitt. in pos. cau. rei seruan. col. fi. ita ergo dñm in cã
matrimonii carnalis ad probandũ titulũ mrimonii, q̃ nõ sit
17 deferendũ iurm. Scdo rñdet q̃ decisio † Panor. in. d. c. mu
lieri. & sequaciũ q̃ sit arbitrariũ procedit qñ agil solum inter
virum pretendentem se 3rxisse & mulierẽ negantem, q̃ alteri nõ
dum est desponsata. non aũt procedit qñ agil de dissolutione
alteriꝰ matrimonii de quo legitime 3stat. Ita notabiliter de-
clarat Pau. de ca. in. d. l. ait ptor. in fi. prin. quem do. iudex a
quo allegat pro iustificatione sue sententie. S3 ea3 destruit, vt
p3 ad oculũ. Et q̃ ita sit intelligenda opin. Pan. & sequa. p3
euidentissime, qr vbi agil solum inter virũ, & mulierẽ non nu-
ptam alteri, probatio p vnũ testem, fama3, & confessionem est
sufficiens probatio. c. j. de appel. c. veniens. el. j. & ibi nota. de
testi. si vero agal inter duos 3tendentes de federe mrimonii
eiusdẽ mulieris, si vnus pbat prius 3rxisse matrimonium clan
destinu3 per vnum testem famam, & confessionem mulieris, &
alter probat secũdo loco 3rxisse per duos testes legitimos, vel
per instrm, d3 secundus obtinere, & illi adiudicanda est vxor,
ſm Uincen. doct. antiquis. Ant. & alios cõiter. Pro ista opi.
notanter decidit capella Tolosana Deci. clxxi. & . clxxiii. & ibi
videal gl. q̃ optime in terminis cãm decidit, q̃ videre necesse
est. Excepto Cardinali in. c. ij. de cland. despon. & ita t3 Soci.
consi. cdxx. consideratis iis. col. ij. li. ij. Nõ ergo h3 locu3 decla-
ratio iuri, qñ agitur de sponsa duorum, & vnus plene probauit,
& alter nõ. & ita signanter consuluit Gemi. maximus Canoni
sta. consi. xxvii. super dubiis. vbi distinguit aut disputal inter
duos de federe matrimonii eiusdẽ puelle, & tunc si pares sunt
probationes, ferenda est sñia pro primo matrimonio. c. si in-
ter. de spon. & de spon. duorũ quasi p totu3. Aut probationes
non sunt equales, qr primũ matrimoniũ non est plene proba-
tũ, ſm aũt est plene probatũ, & tunc ferenda est sñia p secũdo
matrimonio plene probato. c. sicut. de testi. & c. tenor. & ibi gl.
in verbo subarrasset. de re iudi. Tertio rñdet, q̃ posito q̃ a-
lias in cã matrimoniali iudex possit deferre iuri3 in supplemẽ-
18 tum, op3 q̃ actor q petit illud sibi deferri sit † vir optime vite,
& talis cui nihil opponi possit. ita õt ipsemet Pan. & pbal, qr
(vt. ĩ. dixi) testes in cã matrimoniali debent esse ol exceptione
maiores. Is aũt q petit sibi iurm deferri succedit loco vnius
testis. l. fi. C. de fideicom. § ẽt ipse d3 esse oi exceptione maior.
& non solũ in cã matrimoniali, s3 ẽt in qualibet alia cã iurm nõ
defertur in supplementum persone vili vel alias infami, ſm
Bar. in. d. l. admonendi. col. fi. vnde fenerator non est deferẽ
dum. ſm Jo. Andr. & cõiter canonistas in. d. c. fi. & legistas in
d. l. in bone fidei. Itẽ istud iurm nunquam deferendũ est veri
similiter deieraturo. ſm Bal. in. l. ij. in. ij. no. C. de indic. vidui.
tol. & in. l. que sub cõdõne. ff. de condi. insti. Nec ei, 3 quem ve
hemens ex facti qualitate p̃sumptio insurgit. ſm Feli. in. c. ij.
col. pe. de consti. & not. p gl. in. l. j. C. q & aduer. quos. Que oia
si considerasset do. iudex a quo non detulisset, nec deferre de-
buisset iurm in supplementum Joanni Paulo verisimiliter
deieraturo, cũ esset & sit captus amore dicte Gasparde, vt ex
attestationibus plurimorũ apparet. Amantes. n. vt fruantur
amica, vtq3 compotes fiant, celu3 & terrã destruerent, milleq3
piuria facerent. vñ ait Amoris p̃ceptor Ouidius Jupiter ex
alto piuria videt amantũ. & alibi inqt Poeta, Improbe amor
qd nõ mortalia pectora cogis, cũ aliis adductis i silua nupti.
fo. iiii. ad fi. iiii. co. vbi inter cetera dr̃, q̃ oia vicit amor, q miscet
oẽ fas atq3 nefas, & q̃ Ignẽꝰ est ille furor, nescit habẽ modu3.
hinc est q̃ dictus Joãnes tẽtauit veneno, variisq3 insidiis pdẽ
ipsum Clementẽ, vt ex processu criminali dr̃ apparere. Ex fa-
cti ẽt qualitate insurgit vehemẽs p̃sumptio, q̃ nunq̃ 3rxit ma
trimoniũ cum dicta Gasparda, qr in termino bannorũ non se
opposuit, iuxta no. in. l. si eo tpe. C. de remis. pig. & c. fi. de clan-
dest. despõ. & . c. cũ in tua. q mat. accus. poss. Itẽ ex eo q̃ post
quam sciuit 3ctum fuisse matrimonium in faciẽ ecclesie cum
dicto Clemente protestatus est q̃ ipse volebat q̃rere aliã vxo
rẽ, & q̃ faceret dictam Gaspardã portare Laguillete, & ire ad
Lupanar. que sunt euidentissima arg. q̃ non 3rxerit cũ. d.
Gasparda. Ex quibus, & aliis de qbus in allegationibus ordi
ctis p alios dños allegãtes p Clemente mihi vr̃ pnunciandũ
bene appellatũ, & male iudicatũ, & ita ego pnunciarẽ, si huiꝰ
cãe iudex essem, vt in simili cã matrimoniali attestatur Deci. i
d. 3s. cxxxvi. in fi.

RESPONSVM IIII.

Non creditur Ludovico asserēti se cognovisse Odiliam uxorē Andree fratris, nisi idoneis testibus, vel alijs legitimis pbationibus id cōprobet. Verū cū hmōi testes pducti partim varij, partim singulares, partim infames, & nō verisimilia deponentes manifeste pbent, nihil iō probant, nullāq; fidem facit Odilie cōfessio facta Jacobo parochiali pbytero, tum qr ambigua, tum qr confessio coniugis ꝯ maritum nullius est momenti, nisi contenta in cōfessione per testes idoneos probent, ne sit in facultate coniugis psilire ad confessionem ꝯ matrimonium, & hac captione a matrimonio pro arbitrio discedere, quare predictum matrimonium nullo iure dissolui potest.

1. Intellectus. c. de illo. de eo qui cogno. consang. vxo. sue.
2. Testis varius non probat.
3. Concordia testium admittitur non ad effectū probandi, sed vt excusentur a penis.
4. Infames de iure a testimonio repellunt, necnon viles psone, & pauperes.
5. Confessio ꝯiugis ꝯ maritum nihil probat, nisi adsint idonei testes.
6. Testis singularis & nō verisimilia deponēs, idoneus nō est.
7. Idoneus testis is dicitur, cujus fides nulla exceptione elidi potest.

Respon. interpreta.

fig. & to. tit. C. no. vecti. sine iussu Princip. &c. Sacrilegii. n. es-
set, dicere Imperatorē istud nō posse. l. ij C. de crim. sacrile. c. si
quis suadēte §. cōmittunt. xvij. q. iiij. De potestate itaq; non
est dubitandū, de volūtate autē videtur etiā ɔstare. Verba. n.
priuilegii clarissima sunt. Inquit. n. Carolus se ex certa scien-
tia confirmare, & quatenus opus est de nouo ɔcedere ius & fa
cultatē exigendi dictum pedagiū, vnde cū in verbis nulla vi
deatur ambiguitas, nō est admittēda voluntatis questio. l. il-
1 le, aut ille. §. cū in verbis. ff. de leg. iij. Cōfirmatio. n. † facta ex
certa sciētia principis, validat quod ante erat inualidū. c. j. &
c. veniens. vbi gl. in ver. ɔfirmataȝ. de trans. & voluit Bar. in.
l. priuilegia. C. de sac. san. eccl. Car. ɔsil. xliiij. quod ratificatio.
Pan. ɔs. xlij. illud. col. ij. lib. j. Ale. ɔs. xxxix. viso. lib. iiij. & ɔs.
j. col. xiiij. lib. v. Et si diceretur nō ɔstare de certa sciētia Prin
cipis, esset a veritate deuiare & expresse calumniari, q2 in priui-
legio expresse fit mētio de certa scientia, & de plenitudine po-
2 testatis, ex cuius lectura † satis dicitur probata certa scientia,
sm gl. fi. in cle. & si principalis. de rescr. & in. c. statutū. in gl. eo.
tit. lib. vj. Pan. in. c. examinata. de ɔfir. vti. vel inuti. Lu. ro.
ɔs. cccxvi. Iste sunt rōnes. & Ale. in. d. ɔs. xxxix. & facit tex. in
cle. j. de probat. Verū his, & similibus nō attētis sentiȝ verius
esse respōdeo, infrascriptis cōsiderationibus. Cōsidero. n. te-
3 noreȝ priuilegii, q2 est ante oīa diligenter † inspiciēdus. c. acce-
pimus aiias recepimus. de priuileg. q2 dat legeȝ priuilegio, sȝ
Bar. in. c. j. §. deniq; que fue. j. causa bene. amitt. & in. c. j. an
agn. vel filii defunct. & Cur. senior ɔs. xlix. memorie recolende
dux tertius Philippus. col. viij. & alibi inquit Iurecōsultus,
querētibus inspiciendus est sermo stipulātis. l. si quis stipula-
tus sit Stichū aut Pamphilū. ff. de ver. obl. Sic i casu nostro
inspiciēdus est sermo huius priuilegii, q talis est. Singula iu-
ra & pedagia ɔscripta, si & prout eadē ipse Gaugerius & ɔge-
nitores sui (vt asserit) rite & rōnabiliter habuerūt, & pacifice ēt
(vt prefert) possederūt ɔfirmamus & innouamus. Ex quibus
verbis apparet, qđ Imperator noluit ex hmōi inouatione no
uū aliquod ius ɔcedere, sȝ antiquū (si qđ Gaugerius hēbat)
ɔprobare, vt formaliter inqt tex. in. c. cū dilecta. de ɔfir. vti. vel
inuti. voluit. n. ɔcedere pedagia, quaten⁹ rite & rōnabiliter ha
bita & pacifice possessa sūt. c. inter dilectos. de fi. instr. Tm̄ igit
fuit Gaugerio ɔcessuȝ quātuȝ ante ɔcessionē possidebat. Ni-
hil ḡ iuris ei ɔfertur, nisi quatenus antea sibi ɔpetere & visum
fuisse ostēditur. l. quod si in vēditione. ff. de here. vel act. vēd.
l. si sic. §. 1. ff. de leg. j. l. si nō designata. C. de falsa cā adiec. leg. ita
in specie & in isti casu ɔsuluit Dide. ɔsi. clxiiij. viso priuilegio.
Nisi ergo dñs Arnaudus probet, ꝑ añ ɔcessionem priuilegij
sui antecessores essent in quasi possessione huius pedagii, non
erit eius intētio sufficiēta. Nā cū priuilegiū se referat ad tit.
& possessioneȝ anteriorē, nihil probat, nisi ɔstet de relato. auc.
si quis in aliquo C. de eden. Corroboratur, q2 Princeps se re
fert ad supradicta, vt pȝ ex ver. vt asserunt. & ver. vt prefert. vñ
nihil oī supplicāti ɔcessuȝ, nisi ɔstet supplicata esse vera. c. q2
circa. & ibi no. Pañ. de ɔsan. & affi. tenetur supplicās probare
4 † oēs qualitates expressas in precibus veras fuisse tpe suppli-
cationis. c. ɔstitutus. j. de rescri. vbi Fel. col. j. & cōsuluit in pro
posito Soc. consi. clxiiij. visa bulla. lib. ij. quod nō valet priui-
legiuȝ cōcessuȝ impetranti asserenti se esse in longa & antiqua
possessione, nisi fides fiat de tali antiqua possessione, q2 Prin
ceps nō ita de facili ɔcessisset si sciuisset impetrāteȝ nō possedis
se. Nec. n. Imperator voluisset priuare hoīes montiū sua qsi
possessione libertatis. Hinc dicimus, qđ priuilegiū vel rescri-
5 ptuȝ nō faciens mētioneȝ de colorata possessione † aduersarij,
vtpote subreptitiuȝ nullius eē momēti. c. duduȝ. de priuileg.
6 c. cū nostris. de ɔces. preben. nā & subreptio & obreptio † vitiāt
priuilegiū & ɔfirmationeȝ. c. ad nostraȝ. & c. porrecta. de ɔfir.
vti. vel inuti. & bene facit dictū Io. and. in addi. Spe. tit. de cā
poss. & proprie. §. j. ver. quid de colligēntibus. Id etiā ex abun-
danti addo, quod dñs Arnaudus non potest se iuuare hmōi
priuilegio, nisi probet qđ sit ex heredibus & successoribus vni-
uersalibus prefati. d. Gaugerii, q2 habēs ius exigēdi pedagiū
7 ex priuilegio Principis, nō potest illud vēdere † sine Princi
pis licētia, sm Bar. in. l. in diē. in fi. prin. ff. de aqua plu. arcē.
queȝ sequitur Io. Ber. in tract. de gabellis. in. j. parte. q. xiiij.
Ex his liquido ɔstat nō esse fundataȝ intētioneȝ. d. Arnau.
Nec obst. qđ certa sciētia roboret actū inualidū, q2 verbum, si
ɔcessio seu ɔfirmatio inualida fiat simpliciter, secus si cū clau-
8 sula adiecta, prout rite & rationabiliter † habuistis, & pacifice
possedistis. q2 tunc actus ɔfirmationis apparet celebratus sub

cōditione, que nihil ponit, nisi appareat de purificatione ɔdi
tionis, sȝ Pañ. in. c. j. & in. c. examinata. de ɔfir. vti. vel inuti.
& probatur in. c. q2 diuersitateȝ. de ɔcess. preben. Et ita ɔsuluit
Pañ. in. d. ɔsi. lxij. & d. Alex. in. d. cōsi. xxxix. Et si dicatur, qđ
frustra fuisset impetrare cōfirmationeȝ, si nullū ius de nouo
tribueret, respondet ideȝ Panor. in dicto. c. primo, quod ta-
lis cōfirmatio prodest ad plura. Primo, q2 priuilegium con-
9 firmatum † reputatur esse maioris autoritatis. capit. quis ne
sciat. vndecima distinctione. Iteȝ magis timetur & efficacius
obseruatur. cap. quāquam. vigesimatertia distinctio. capit. si
aduersus. de hereticis. & solent impetrari, ne videantur exige
re pedagium absq; scientia superioris, secundum eum.

RESPONSVM IX.

Queritur An Hispano Cesaris mi-
liti ab incolis cassitarū bo-
nis spoliato & vulneribus affecto, detur actio
contra eius loci moderatorem, qui attentis
inducijs securitatem illi dederat. Prima fa-
cie videtur respondenduȝ in Pretorem actionem dandi non
esse, cuȝ vis tūc nulla fuerit Hispano illata, sȝ demuȝ cū ex ma-
silia cassitas repeteret. Cōtrariū tñ sniaȝ veriorē puto, q2 satis
h⁹ inducijs securitatis fides a loci defensore seruāda oino fuit.

1 Securitas an censeatur data tantuȝ pro prima vice, an donec
durauerint inducie?
2 Officialis tenetur tueri populariuȝ quietem.

Respon. interpreta.

Triplici Ratione tenet cassitaruȝ baiulus
ad damna, interesse, necnō expen
sas strenuo capitaneo Diegos de paredes. Pri-
mo, ratione salui ɔductus & securitatis ɔstite, iux
ta tradita in. l. illicitas. §. ne potētiores. ff. de officio ɔsidis. &
p Bar. in. l. j. ff. ad leg. Iul. maiest. Nec huic rōni obstat quod
1 ex aduerso opponit, qđ intelligitur data † pro prima vice tñ,
vt firmat Bar. in. l. dotis. ij. ff. de iure dot. & quod. d. Diegos
anteq̄ spoliaret recessit, & iuit Massiliā, & iterū reuersus ē ad
locū cassitarū, q2 ad illud, in quo totuȝ fundamētuȝ ipsius ba
iuli ɔsistit, rñdeo dupliciter. Primo, qđ capitaneus nō dicit
discessisse a loco cassitarū, licet iuerit Massiliā ibi ɔpinquā,
q2 cū equis dicti baiuli & eius seruitore Massiliaȝ iuit, vt sine
mora reuerteret, quo casu nec diuertisse vī. l. j. diuortiū. ff. de di
uor. l. plerisq;. ff. de ritu nuptiarū. Scđo rñdetur, q ipse baiu-
lus promisit securitatē prefato capitaneo, q2 facte erant indu-
cie inter Cesareaȝ maiestateȝ & Christianissimū Regē. Quo
fit, vt securitas promissa, nō intelligat pro p̄ma vice, sȝ donec
durauerint inducie, & sic donec durat cā, ꝑp q̄ fuit data securi
tas, per ea, que not. Bar. in. l. fideicōmissa. §. si quis decē. ff. de
legatis. j. & Fely. in. cap. ij. col. fi. & . fallit. v. de treuga & pace.
Item stante causa induciarum, propter quā fuit prestita secu-
ritas, nō poterat capitaneus iure offendi. cap. j. eo. tit. de treu
ga & pace. Vnde ex h̄ sequit q securitas data, est latissime in-
terpre. vt nō solū prima vice, sȝ donec durauerint inducie, sȝ
Calde. in disp. ex ord. octo studentibus. quē sequit Felinus
in dicto cap. ij. col. penul. et ad decisioneȝ Bar. in. l. dotis. rñ-
det, qđ loquit in securitate prestita bannito, qui iure offendi
poterat, & prohiberi ab ingressu territorij. Et ratio diuersita-
tis est, q2 securitas data bānito, est odiosa, ḡ stricte interpre.
l. cuȝ quid. ff. de liberis et posth. Scđo tenet ratione offici, q
2 officialis † tenet tueri populariū quietem. l. prima. §. quiete. ff.
de officio prefecti vrbis. ꝑ quem textuȝ dixit ibi Bald. quod
officialis videns duos rixari, tenet ad damna, si se nō interpo
suerit. & ideȝ firmat Cynus post Petrū, in. l. seruus. ꝑ milites
tuȝ. C. de notabilibus. & ibi dicit Cynus, q magistratus videns
alterum offendi, si nō ꝓhibeat, cōscius sceleris iudicat. l. ij. in
fi. C. de cōmer. & mercat. & comprobat Paris de puteo, in trac
cta. de sindicatu. l. ver. neligētia. Nō obstāt depositiones quo-
rundā testiū, q visi sunt deponere, q ipse baiulus fecerit debi-
tā diligētiā de obuiando ꝓut tenebat. Ad h̄. n. vt officialis q
scit maleficiū cōmitti, excuset, oportet q se interponat & ob-
uiet, vt statim dixi, nec sat ē duos interpellare, & postea nō ob
uiare. Tenet. n. officialis ꝓbare, q oēm fecerit diligentiam
quaȝ potuit, ne delictuȝ cōmitteretur & post cōmissum fecisse

debitas

debitas diligētias, vt delinquentes caperentur & punirentur, l. fi. C. de his, qui latro. occid. l. vnica. §. finautes. C. de rap. virgi. Et si dicatur, quod ipse baiulus nō habebat nec hz milites & apparitores, quibus posset phibere, rñdet, q potetat & debebat edictū pponere, & psentibus incolis mādare sub formidabilibus penis, vt dictū capitaneū iuuarēt, & malefactores pquirerēt & caperēt. l. j. §. occisorū. ff. ad sill. Qd cuz nō fecerit, de negligētia manifesta puincit, vt in pposito tradit idē Bartus in dicto tractatu. in §. negligētia. §. qualiter arguat. Debuit. n. fidē facere, qd illico post rapinā & violētiaz factaz perquiri fecerit p omnia loca ibi propinqua, quo raptores cōfugere potuerāt. l. iij. §. nerua. ff. de acqui. poss. qd pstat nō fuisse factū. Ergo et hoc pstat de negligētia, vt docet Bar. pfi. cij. clarissime domine. Ex quibus mihi vr, quod magnificus dominus locumtenens debuerit dictum baiulum condemnare ad resarciendum omnia damna, interesse, & expensas prefato domino Capitaneo.

RESPONSVM X

Feudalibus Cōstitutionibus specialibusqz priuilegijs constat Orgonēses nō posse cogi noui agnoscere dñūz. Sed qr Raymūdo de Agūto Comitibusqz validimontio nouis successoribus obediētiaz prestiterunt, desideratur, num etiā Titio, qui a moderno comite Orgonū emit, fidelitatis iuramētuz prestare teneātur? Erūt fortasse, qui arbitrabūtur hmōi castrum toties psentientibus subditis alienatū, nouissime quoqz distrahi potuisse, nec Orgonēses posse se tueri priuilegijs, quibus aliquando renūciasse videātur. Ego autē respōdeo integra esse Orgonēsiū priuilegia, cū Raymūduz recognouerint citra iurium suorū preiudiciū. Tū, q eoruz Princeps post refutationez a Raymundo factā eadē priuilegia renouauerit. Comitibus aūt validimontis obedientiaz denegare minime debuerunt, cū sanguinis iure Principis successores extiterint, quibus & si vltro paruissent, nihil tñ proponit, cur Titio longe opibus & nobilitate inferiori, nulla dignitate, nullaqz honoris prerogatiua honestato homagium facere teneantur.

1 Dominus pōt alienare suū directū dominium inuito & nō requisito emphyteota. & vide oppo. nu. 3.
2 Argumētum de emphyteosi ad feudum, validum est, & quando non procedat. 1. 4. & 15.
4 Dominus non pōt inuitis vasallis alterare naturaz feudi.
5 Episcopus sine consensu Capituli non potest diuidere vnam parochiam in duas.
6 Iurantes fidelitatem domino non possunt eo inuito se alteri subijcere, & fidelitatem iurare.
7 Dominus ac subditi seu vasalli, ad paria iudicantur.
8 Disponere de re sua quilibet potest. & id quomodo? 12. & 13.
9 Principes noui nihil afferunt, preter subsidia, prestantias & collectas.
10 Subditi gaudent maiori securitate sub potentiori domino. & numero. 11.
16 Ducatus alienandi facultas domino an interdicatur?
17 Consuetudo valet, quod vasallus possit alienare ius suum irrequisito domino.
18 Consuetudo nō est extendenda de loco ad locum, nec de persona ad personam.
19 Alienari prohibitū, semel alenatū, perpetuo esse debet alienabile.
20 Priuilegijs negatiuis per vnicum actū contrarium dicitur renunciatum.
21 Conuentio Principis non alienandi castra inuitis subditis, quam sit efficax?
22 Clausula decreti irritantis alienationez ex nunc prout ex tūc, impedit omnem effectum alienationis.
23 Obedientiam denegare ei in quem facta fuerit alienatio, quādo vasallis liceat.
24 Protestatio de non derogando priuilegijs vasalloruz valet, & conseruat priuilegia in futurum. quod limita. nu. 25.
27 Prohibitio de non alienando facta a lege, vel ab homine, intelligitur de alienatione in extraneos, nō autē pfunctos genere. quod limita num. 17. & 28.

Respon. interpreta.

In effectu queritur, an stantibus priuilegijs de quibus in themate dominus comes validimontis potuerit alienare castrum & iurisdictionem loci de Orgone in aliuz nō Comitem longe inferiorem opibus & nobilitate? ita quod incole dicti loci si nolint iure possint denegare obediētiaz huic emptori. Pro resolutione pposite questionis tria principaliter vidēda sunt. Primo an de iure cōmuni dominus possit inuitis subditis & vasallis suis, feudū alienare? Scdo, an possit de psuetudine? Tertio, vbi ius vel psuetudo permittat alienationē inuitis subditis, an obstare habeāt priuilegia pallegata? Circa primum videret audacter rñdenduz, dominuz posse propriuz castruz prop. iāqz iurisdictionē vēdere, donare, & pro libito alienare inuitis subditis, qr in re sua quilibet est moderator & arbiter. l. in re māda. C. māda. ēt si velit abuti. l. sz si lege. §. cōsuluit. ff. de petitio. here. Et qr equitati naturali nihil magis cōuenit, q ratam habere volūtatem dñi volētis de re sua disponere. §. per traditionez. inst. de rer. diui. Alioquin si alienare nō posset inuitis subditis, nō haberet veruz dominiuz, quod nihil aliud est q ius perfecte disponēdi de re sua, fm Bar. in. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acq. posses. Hinc est, quod dominus potest alienare† suū directū dominiuz inuito & nō requisito emphyteota. fm Spec. tit. de iure emphy. §. nūc aliqua. q. xcij. quez sequitur Io. de Imo. in. c. potuit. in gl. ij. de loca. & Ias. in. l. fi. C. de iure emphyteo. & probatur in. l. predia. C. de loca. predi. ciui. lib. xj. Ergo idē dicēduz in domino feudi, arguēdo de emphyteosi ad feudū, prout licet arguere. † fm Specu. in tit. de feud. §. quoniam. & Bar. in. l. vt iurisiurādi. §. si liberi. ff. de ope. lib. & bal. in auc. si quas ruinas. C. de sacros. eccle. Com. cōsi. xcvij. primo cōsultus. col. vj. lib. j. Sz premissis nō obstātibus veritas est in cōtrariū, que legibus, canonibus, & rationibus cōprobatur. Et quod dominus nō possit feuduz alienare† inuitis vasallis, pbatur quāplurimis iuribus. Primo per tex. in. c. l. §. ex eadē. de leg. Conra. vbi casus ad literaz. Secundo, per text. in. c. ij. quo tempore miles. vbi dicitur, quod alienatio pro non facta habetur. & ista iura not. Bal. And. de Iser. Alua. & alij omnes. Tertio, per tex. in. c. j. §. preterea ducatus. in fi. de prohib. feu. alie. per Fed. Quarto, probatur per tex. in argumētum in. c. dilecti. de maio. & obe. vbi deciditur, quod Episcopus nō potest se subijcere metropolitano in casibus, in quibus nō subijcitur inuito clero. Et ex isto tex. inferūt Host. Car. Pan. & alij, quod subditi possunt resistere dño, ne alienet castrū & iurisdictionez, vt nō subijciant alteri domino. Et hanc decisionē Hostien. referūt & sequunt Bald. & Preposit. Ale. in. d. c. ij. quo tpe miles. & idez firmat Bal. in. c. j. §. in generali. si de feu. fue. cōtrouer. inter dominū & agna. vasal. vbi ex h infert, qd Rex Francie non pōt alienare vnam ciuitatem regni inuitis subditis. & ideo subiicit, q Cōstātinus Imperator cū cōsensu populi donauit vrbē Siluestro Pōtifici. vt patet in. c. Cōstātinus. xcvj. distin. Quinto, probat per tex. in argumētū in. l. inuitus. ff. de fideicō. libert. vbi is cui fideicō. libertas relicta est, inuitus tradi non pōt alteri, vt manumittatur. & fiat alterius libertus, q qui rogatus est manumittere & ibi gl. expresse notat argumentū ad questionē propositam, qd dominus nō potest alienare feudum inuito vasallo. Sexto, cōfirmat p tex. l. l. in adoptionibus. ff. de adoptio. vbi pater nō pōt tradere filiū inuituz alteri adoptāduz. & ita p illuz tex. Petr. Cy. & Sali. in. l. j. C. de noua. reprehendunt quosdā, qui volūt posse dñuz subijcere vasallos suos alteri, dūmodo subijciat maiori vel equali, qr non lz ēt patri subijcere filium alteri parēti adoptiuo ēt maiori, si filius nolit, quanto ergo minus licebit comiti nobilissimo ex stirpe regia progenito subijcere subditos priuato & mediocri viro. Septimo facit, qr filij inuiti nō emancipant. §. gñaliter. in auc. quibus mod. natu. effi. sui. Et ita ēt tz Azo. in questio. incipiente, dñs Rex. & Ioan. de Imo. in. c. ad questiones. in not. de reruz permuta. & idē tz Bal. in lege prima. columna scda. C. communia de lega. vbi dicit, qd hoc casu subditi nō tenent iurare fidelitatem emptori. Idem tenuit Ioan. and. in addi. Specu. ti. de feud. §. ij. in addi. incip. Et hāc rationem sequunt Dyn. Ale. & Mod. in. l. scda. in fi. pueri. ff. soluto matrimonio. Octauo facit, qr nō pōt dominus inuitis vasallis† alterare naturaz feudi, vt not. in. c. primo. de eo, q fecit agna. nec mutare formaz antiquitus constitutā. l. qdaz de

cedēs. in prin. ff. de admi. tu. Et tradit per Bal. cō. cccxxvi. pudic. n. cōsului. lib. i. ⁊ per Alex. cō. i. post trac. feu. Nono facit, q̄d decidūt gl. Pañ. ⁊ alij in. c. ad audiētiā. de eccl. edifi.
5 vbi dicūt, q̄ epūs sine cōsensu capituli nō pōt diuidere† vnam parochiā in duas, ⁊ recolo alias me cōsuluisse, dn̄m nō posse separare partē territorij inuitis subditis. Decimo, probat rōne, qr vasalli nō pñt inuito dn̄o alienare ius suū. c. i. de phib. feu. alie. p lotha. nec hoies qui iurarūt fidelitatē dn̄o possunt
6 eo inuito alteri se subijcere† ⁊ fidelitatē iurare, sm̄ Inn. in. c. olī. el. iij. de resti. spol. ⁊ in. c. ij. de in integ. resti. ⁊ Pañ. in. c. cū dilectus. de relig. do. Ergo nec ēt dn̄s oz posse hoies suos inuitos subijcere alterius iperio, qr dn̄s ⁊ subditi ad
7 paria iudicātur. † c. i. ad fi. de so. for. fide. vbi dī, quod dn̄s ⁊ si nō teneat iurare fidelitatē suis vasallis, tn̄ ēt ipse tenet ad oīa cōtenta in iure fidelitatis sibi prestito a suis subditis. Et hec pclo verior apparebit ex resolutionibus 3ciorū. Nō obstat itaqz pmo rō 3cia, quod quilibet possit pro arbitrio dispone
8 re de re sua, † qr verū, dūmodo disponēdo nō preiudicet alteri, sm̄ Aret. in. d. §. dn̄a. qui ppterea addit in diffōne dn̄i, saluo iure tertij. in casu aūt nr̄o dn̄s alienādo pīudicat subditis, quoz interest nō mutare dn̄m. sm̄ Inn. in. c. auditis. de pscri. ⁊ in. c. exposuit. in prin. vbi Pañ. ī olla. ⁊ Pañ. ac Fel. in. d.
9 c. dilecti. ⁊ Pañ. in. c. deputati. de iud. Nā noui principes† nihil afferūt nisi subsidia. pstātias ⁊ collectas. sm̄ Neuiz. in silua nuptiali fol. cij. col. i. vbi refert exēplū eius q abigit a corpore egri muscas semisaturas, credēs pdesse, ⁊ tn̄ nocet, q̄ recētes musce famelice supuenerūt mordaciores ⁊ acriores, q̄d totiens ipudens experit Insubria. Et aūt interesse maxime cōsiderādū est qū fit alienatio in aliū inferiorē ingenio, viribus, ⁊ dignitate, vt in casu occurrēti. Nā sub potētiori dn̄o subdi
10 ti† gaudēt maiori securitate. §. nos igit. in auc. ī defenso. ciui. Et subditoz cōditio fit deterior, si subijciant alteri dn̄o non ita nobili pp iusiu fidelitatis, que turpiter iurat nō eque nobili. sz And. de Iser. ⁊ Alua. in. d. §. ex eadē. infelices. n. sunt qui
11 bus pauper† vel rusticus dn̄at, vt iquit Egidius de regi. principū. lib. i. Vel aliter rūdet, q̄ quilibet est moderator ⁊ arbi
12 ter rei sue, mō disponat ⁊ arbitret sz iuris normam†. §. dispo nat. in auc. de nup. iuncta. l. nemo p. ff. ī leg. i. Vel. iiij. rūdet, q̄ dn̄s pōt disponere p libito de rebus suis, mō sint sue abso
13 lute ⁊ simplr, †secus si nō sint sue absolute, sz modificatiue, vt in casu nr̄o in quo dn̄s nō habet dn̄iū iurisdictionis in subditos liberū ⁊ absolutū, sz cū modis ⁊ cōditionibus, de qbus in iure fidelitatis. d. c. i. de no. for. fide. sicut heres qui habet dn̄iū hereditatis cū suis oneribus. l. i. C. de hered. act. ⁊ q tenet adimplere iussa p defunctus casu q̄ phibuerit alienationē fieri sine pcensu ppinquoz seu amicoz. l. filiusfamilias. §. diui. ⁊ §. cū pāī. ff. de leg. i. ⁊ l. volūtas. C. de fideicō. cū similibus.
14 Nō obstat argm̄ de emphyteosi ad feudū, qr nō pcedit, †vbi subest diuersa. rō. sm̄ Bal. in. l. liberti. col. ix. C. de ope. lib. ⁊ Iaf. in. l. i. col. xij. C. de iure emphy. pstat āt nō ita interesse emphyteote mutare dn̄m, sicut interest subditoz, vt sz ic. Jtē rūdetur, q̄ de emphyteosi ad feudū nō valet argm̄ quoties† 3ciuz
15 reperit expresse decisū p pstitutiones feudales. sz gl. ⁊ Bal. in. c. i. de feu. cogni. ⁊ Iaf. in. d. l. i. Nō denīqz obstat, si dicat, q̄ pdicta pclusio pcedit, qn̄ dn̄s alienat ius vasalloz absqz territorio ⁊ curia tūc nō pōt, secus si velit totū feudū vna cū territorio ⁊ curia alienare, put alienauit dn̄s validimōtis, ⁊ put cōcludit Bal. in. l. ij. C. de donatio. ⁊ Iaco. de are. in. d. l. q. ff. solu. matr. ⁊ d. Alex. cō. xcv. attētis narratis. col. pe. lib. v. q̄r rūdet, q̄ hmōi nr̄a cōclusio pcedit, ēt qū dn̄s alienat castrū suū cū oīb9 suis pertinentijs, ⁊ sic cū toto territorio ⁊ curia, vt patet ex adductis p pclusione. ⁊ ita firmat Alua. l. d. c. ij. quo tpe mil. ⁊ Fel. in. d. c. dilecti. Et ego pōdero ad hoc esse tex. in. d. c. i. §. ex eadē. de leg. Cōra. vbi dī, q̄ dn̄o nō licz feudū alienare sine volūtate vasalloz, nisi Mediolani. vbi dominus pōt alienare, dūmodo alienet totū equali vel maiori. Pōdero exceptionē factā de Mediolanēsibus mō totū alienent. q̄ i alijs fi abit regula, q̄ nō licebit ēt si totū velint alienare, qr exceptio pfirmat regulā, in casibus nō exceptuatis. l. nā q̄ liquide. in fine. ff. ī penu. leg. l. qsitū. §. denīqz. ff. de fund. instru. c. dn̄s. xxxij. q. vij. c. ij. in fi. ī coitu. lepr. Et lz quedā distra hi possint cū vniuersitate bonoz, q̄ p se vēdi nō possunt. l. q. di. ff. ī acq. rerū dn̄io. l. in modicis. ff. ī Iben. emptione. c. ex literis cū gl. ī iure patronat' Attñ nō oz q̄s vēdere vniuersitatē bonoz, nisi vēdat oīa simul, vcz feudalia ⁊ nō feudalia. ⁊ ita oz intelligi q̄d dicit Bal. in. d. l. ij. ⁊ Alex. in. d. cō. xcv. ⁊ in.

d. l. ij. in fi. pn. ff. solu. matri. ⁊ Panormita. l capitulo audiētie. col. iiij. ver. in secularibus. de pscri. ⁊ Ro. cōi. xxvi. ad fin. Et ita declarat Fell. in. d. c. dilecti. ⁊ nisi ita intelligatur dispositio dicti. §. ex eadē. que loquitur de alienatione feudi, nō aūt iuris vasallitij, stare, vel practicari minime posset. Et hec sufficiāt quātū ad pimū articulū. Circa scdm, an pfuetudinario iure liceat dn̄o alienare castrū inuitis subditis? Rūdeo qr iura feudoz cōsuetudinaria sunt, vt dī per Bal. ⁊ alios in prludijs feudoz. ⁊ cū feudalibus pstitutionibus, vz per tex. in. d. c. ij. ⁊ in. d. §. ex eadē. ⁊ in. d. §. preterea. Qd autē Ducatus
16 †interdicat dn̄o facultas alienādi, satis apparet, qd iure consuetudinario nō lz. Si queraf, an valeat 3ria pfuetudo? Respondeo vtiqz valere, vt est text. in. d. §. ex eadem. Et firmat Pañ. in. d. c. auditis. col. v. ⁊ Fel. in. d. c. dilecti. ⁊ pfirmatur,
17 qr vz cōsuetudo, † q̄d vasallus possit alienare ius suū irrequisito dn̄o, sm̄ Bal. in. l. i. C. ad Velleia. ⁊ cōn. cccxviij. quidam nobilis. lib. ij. ⁊ d. Rochus curt. in. c. fi. co. xvij. de pfue. ⁊ Jo. Raf. in. c. i. §. habito. col. xiij. de phi. feu. alie. per Fede. vbi rūdet ad tex. in. d. c. i. qui videtur probare oppositū, ⁊ sequit Fran. curt. in tract. feud. in. iiij. parte. q̄ō. xix. Ergo ēt valebit pfuetudo, q̄d dn̄s possit alienare feudū absqz pfensu vasalli, alioquin nō eēt paritas inter eos. Cuius 3ciuz dī in. d. c. i. ad fi. de no. fo. fid. Immo plus libertatis hēt vasallus, q̄ dn̄s, q̄d nō puenit, vt p Alua. in. c. i. §. ⁊ cū dat. de pfue. recti feud. Et si seruo lz, cur nō licebit dn̄o iuxta illud Maronis. Quid dn̄i faciēt, audēt cū talia fures? vnde si empror allegat pro se pfuetudinē 3ciam, oz illam probare, qr pfuetudo, est quid facti. c. i. de pstit. li. vj. tradit per Bar. in. l. ij. C. q̄ sit longa pfuetudo. ⁊ in. l. omnium. ff. de aur. ⁊ arg. leg. nec sat ei erit pbare, q̄d dn̄i soliti sint alienare Castra sua, nisi et probet, q̄d alienauerint inuitis subditis. nec sat erit probare, q̄d aliqū dn̄i alienauerint, sz opus est probare, quod dn̄i huius loci Digone
18 si† sunt soliti alienare, qr pfuetudo est localis, nec extēdenda †e de loco ad locū. l. i. §. si b interdicto. ff. de iti. actuqz priuat. ⁊ ibi Bar. l. iuo singulare. ff. de leg. nec de psona ad psonā. sz Bal. l. ij. in. iiij. char. C. de ser. ⁊ aq. ⁊ tradit p Are. pfilio in ppositā pfultatione. ⁊ pf. cxxiij. in ci. q̄ vertit. col. pe. Nos et, q̄d probet talē pfuetudinē fore pscriptā, iuxta tradita i. l. de qbus. ff. de legi. vbi Bar. ⁊ alij. ⁊ in. c. fi. vbi Abb. ⁊ mod. de pfue. Qd nō pfequor, qr in themate nulla ppponit 3ia pfuetudo. ec. Circa tertiū, an alienatio hmōi valeat, pilegio de qbus in themate nō obstātibus? Videret prima cōsideratione valere, qr istō castrū post pcessionē priuilegioz fuit pluries alienatū. Pmo, in Raymūdū de Agunto dn̄z fultus eodem inde in dn̄m validimontis ⁊ eius pdesse, pfenuēdi ⁊ nō 3dicentibus hominib' dicti loci. vnde cū nō attētis puilegijs dictū castrū alienari phibitū effectu fuerit alienabile, sz ess
19 ppetuo alienabile. †. l. pē filiū. §. quidectin. ff. de lega. iij. ⁊ res spiritualis phibita alienari in Laicos semel alienata ipso re grā (vt iuspatronatus ecclesiarū) durat ppetuo alienabilis, ⁊ a laicis pscribi pōt, sz Jo. and. in. cap. querela. de elect. Sequit Geminia. cō. xxij. ⁊ Deci. cō. cxvij. dicens opinionē Jo. and. esse cōem, quicquid dixerit Panor. in. d. c. querela. sicut dn̄iū semel limitatū ppetuo durat limitabile, vt tradit Fel. in. c. que in ecclesiarū. col. iiij. de constitu. Videt. n. Digonenses pfentiēdo alienationibus pdictis renūciasse eoz priui
20 legio negatiuis, quibus p vnicū actū† 3ciū dī renunciatum. lege scda. C. de iure do. impe. ⁊ ibi Bal. not. ⁊ in. c. cum accessissent. de constitu. vbi glo. Panor. ⁊ alij. Et ideo exemptus a collectis, si semel soluat, renūciasse credit puilegio, vt non teneat soluere collectas sm̄ Bar. in lege pma. C. de his, qui spōte mu. sub. libro decimo. ⁊ in. l. fi. ad fi. ff. de constitu. princip. cū similibus. Nec protestatio facta per Digonēses in actu alienationis facte domino Raymundo vt eis pdesse, qr 3ciuz facto, protestatio autē 3cia facto, non iuuat protestātem. lege cum plures. §. locator. ⁊ ibi rei. ff. loca. tradit p Bar. in lege nō solū. §. mōtue. ff. de noui operio renūciatione. ⁊ p canon. in. c. cum M. ferrarien. de constitu. Sz his non obstātibus rūdeo alienationē predictam nullius esse momenti, obstātibus pdictis priuilegiis, quibus nullatenˀ arbitror derogatū. Pmo, qr constat dictuz castrū fuisse ⁊ esse ī Demanio dn̄i Comitis, ⁊ Comitatui incorporatū, ergo minime potuit a dn̄o Comite seperari, qui iurauit dictū castrū nō alienare. c. intellecto. de iu. iu. Scdo, qr Comites promiserunt non alienare dictuz castruz inuitis subditis, q̄ conuētio cū sit pfirmata iurāto, vt p3 ex his q̄ dicta sunt in. j. dub. adeo efficax ē, vt nō possit fieri alienatio

alienatio, †et in casib⁹ in qbus d iure sp̄ali fieri potuisset, intelli
11 q̄ et in dictis casib⁹ p talē alienationē nulli trāsferī dñioꝝ. §.
fina. ibi simul. in auc. de alie. ⁊ emphi. p qōē ita cōcludit Bar. ⁊
alij in. l. filiosfa. §. diui. ff. d leg. i. ⁊ i. l. si ita q̄s pmisit. §. ea lege.
ff. d verb ob. Et ita in terminis nr̄is decidit Bal. in. l. si credi
tor. §. fi. ff. d distra. pig. vbi iq̄t, si dñs pmittat feudario ñ alie
nare ppietatē, alienatio erit impossibilis, ⁊ ex hoc infert Opi
30, cōcionis meus in. d. §. dicl. col. lxxii. q̄ stāte pmissione fcā
per dominū d nō alienādo castrū, nō ēt valebit alienatio facta
in ecclesiaꝫ, q̄ aliās valuisset, iuxta tex. i. c. i. §. si vero. d alodiis
⁊ bene facit q̄ decidit Pau. de ca. in. l. ea lege. C. de cōdi. ob
cau. vbi dīt, q̄ alienatio facta p ppietariū qui pmiserit vsufru
ctuario nō alienare, ē ipso iure nulla, nec ex ea trāsferī dñiū, ⁊
lꝫ Bal. ibi dissentiat, tñ opinio Pauli pualet, fm Ale. in. l. q
absenti. §. i. ff. de acqui. pos. q̄ talis cōuētio de nō alienando
fcā fuit cū eo, qui hꝫ ius in re, vt dicit Bal. i. d. l. si creditor. §.
fi. ⁊ idē tenuit Raph. Fulgo. ɔs. ccxii. do. Simonia. Tertio,
q̄ priuilegio adiecta est cl'a resolutiua ɔtrus, q̄ impedit trāsla
tionē dominij, vt tradiī p Bar. in. l. q absenti. §. i. ff. de acqui.
12 possel. ⁊ Bal. in. d. l. ea lege. ⁊ clausula decreti †irritātis aliena
tionē ex nūc pūt ex tūc, q̄ ipso iure impedit oēꝫ effectū aliena
tionis, fꝫ gl. in. cle. i. de immu. eccle. cū cōcordā. adductis per
Fell. in. c. fi. col. ii. d cōsti. ⁊ i. c. i. d cōce. prebē. lib. vi. Quarto,
13 q̄ in casuꝫ alienationis data fuit subditis facultas †resistēdi d
facto ⁊ manu armata, q̄ operaī vt liceat illis dnegare obediē
tiaꝫ ei in queꝫ facta fuerit alienatio. l. nec magistratibus. ff. de
iniu. c. si qñ. cū ibi no. ⁊ in. c. ex literis. d offi. dele. Et ita tenen
do nō obstat, q̄ Orgonēses ɔsenserint alienationib⁹ factis in
do. Raymunduꝫ d Agunco ⁊ antecessores p̄fati dñi comitis
Validimōtis. Et sic nō obstat, q̄ dictū castruꝫ effectuꝫ fuerit
alienabile, q̄ rñdeī multis modis. Et quantū ad alienationē
factā in do. Raymūduꝫ, rñdeī, q̄ Orgonēses illi cōsenserunt
cū debita prestatiōe, q̄ nō intēdebāt drogare eoꝝ priuilegiis,
&c cū pacto expsso, q̄ in futurū saluū eēt pactū d nō alienādo,
vt legiī ex tenore iuramenti fidelitatis, ⁊ ex tenore pmi capli
14 libertatū cōcessarū ipsis Orgonēsib⁹. Hec āt prestatio †vꝫ ⁊
ɔseruat priuilegia in futurū, fꝫ Bar. in. d. l. i. p illuꝫ tex. C. d bis
q spō. mu. sub. lib. ⁊. Pañ. ⁊ alios i. d. c. cū accessissent Bald.
in. c. plerūqꝫ. de rescrip. ⁊ Lu. ro. ɔs. cclij. p decisionuꝫ. in fi. ⁊
Ias. in. d. l. fi. col. pe. ver. v. limita. nec ista prestatio quātū ad
futuras alienationes, ɔtraī facto, imo limitat ⁊ restringit con
sensuꝫ ad p̄sentē alienationē tm̄. i. ij. ff. si q̄s caut. dclarāt mod.
in. c. solicitudinē. d appel. ⁊ Ias. in. d. l. fi. Scdo rñdeī, q̄ do.
Raymūdus remisit istud castruꝫ Lud. Regi ⁊ comiti puin
15 cie, ⁊ sic reuersuꝫ fuit ad antiquū statū ⁊ primeua iura, †vt no
taī in. c. i. de vasal. qui ɔ cōstit. Lotha. Facit tex. in. l. si vn⁹. §.
pactus ne peteret. ibi, ad pristinā nām redut. ff. de pac. ⁊. c. ab
exordio. xxxv. distin. ⁊ facit q̄ cōgessit Feli. in. c. cuꝫ oēs. col.
iij. ⁊ in. c. cū accessissent. col. ii. ⁊ col. xii. d ɔstitu. q̄ maxime ve
rū erit h casu, quo princeps (cui fcā fuit remissio) recōfirmauit
oia priuilegia tam p antecessores, q̄ per do. Raymūduꝫ refu
tantē ⁊ remittentē cōcessa, q̄ cōfirmatio hꝫ viꝫ renouationis
priuilegiorū, vt notaī in. c. ex par. el. i. vbi Pañ. de priui. ⁊ i. c.
i. ⁊ i. c. examinata. vbi Imo. Pañ. ⁊ mod. de cōfirm. vtil. vel
inuti. Ad alienationē vero factaꝫ in antecessores do. comitis
Validimōtis rñdeī, q̄ iure sanguinis puenit ad dñꝫ comiteꝫ
⁊ eius antecessores d sanguine Andegauēsioꝫ, sicut ēt ducat⁹
Lotoringie puenit ad fratrē p̄fati comitis, q ex sanguine Re
gū Neapolis ⁊ Hierusalē, comitū puincie Lotoringie ducū
originē trahūt, q̄ sit vt p talē alienationē ñ dicaī castrū effectū
alienabile duplici rōne. Prio, q̄ phibitio d nō alienādo fcā
a lege vel ab hoīe, intelligiī de alienatiōe in extraneos, ⁊ ñ in eos
16 q sunt de genere, †vt p p̄ta ostēdit Oldra. ɔs. xciiii. Eleganter
dñi p totū. Scdo, q̄ phibitio de nō alienādo castrū Orgonis
17 intelligiī p viā ɔtrus ⁊ nō p viā successionis †ab intestato nec
ex testō, casu q̄ phibitus, rē relinquat successuro ab intestato.
l. cū pr. §. cū inter. ff. de leg. ij. l. codicillis. §. mre. eo. ti. ⁊ tradiī
p Deci. ɔs. clxxxi. in occurrenti casu. Nō ēt ex tenore priuilegij
cōprobaī, naꝫ p heredes ⁊ successores suos voluerūt comites
castrū ppetuo retineri, ⁊ possideri, q̄ ad eos voluerūt illud p
uenire, q successuri erāt. Itē rñdeī, q̄ iꝫ hmōi castrū consensu
Orgonensiuꝫ eēt effectū alienabile in illos d sanguine comitū
puincie, ⁊ in duces Lotoringie, ⁊ comites Validimōtis, nō
18 tñ eēt effectū alienabile in alios q non essent d sanguine, †nec
duces, nec comites, q̄ limitat⁹ fuisset Orgonēsiū ɔsensus, ⁊ ex
limitata cā, q̄ hi in q̄s fiebat alienatio, erant d sanguine comi

tum. Et q̄ erant ēt comites ⁊ duces, vñ limitatū produxisset
effectū. l. in agris. ff. de acqui. rer. dom. l. age cū Geminiano C.
de transac. vbi late Ias. ⁊ latius p Feli. in. c. cū ordinēꝫ. col. iij.
⁊ seq. de rescr. nā pmissio alienationis in certum genus perso
narū, dī limitata, ⁊ extra illud genus non extendiī. l. q Rome
§. coheredes. ff. de ver. obli. ⁊. l. cū pater. §. libertis. ff. de leg. ii.
⁊ si Orgonenses consenserunt castrū alienari in equalem, scꝫ in
aliuꝫ comitem, vel maiorem. s. in ducē, nulla rō dictat, q̄ cēseā
tur consensisse posse alienari in priuatum hominem. ca. i. §. ex
eadem. de leg. Conra. ⁊c.

RESPONSVM XI.

Quia Imperator priuilegiuꝫ exigēdi pedagia de iure ɔcedere pōt, quinimmo qui huiusmodi potestatem Imperatoreꝫ negaret habere, crimen lese maiestatis incurreret. Idō dicendum videtur ex priuilegio Caroli quarti Rom. Imp. domino Arnaudo domino loci mōtis Cocherij de exactione pedagij ɔcesso non solum antiqua priuilegia inutilia ɔfirmata, verum sibi de nouo concessa tam ex illis verbis ex certa scientia, q̄ ex illis cōcedimus ⁊ innouamus. Sed q̄ tenor priuilegij adamussim est ɔsiderandus, q̄ ab eo legē accipit, q si recte ɔsideretur, nec inutilia priuilegia ɔfirmanī, minusqꝫ ēt de nouo ɔceduntī, nā q ɔfirmat nihil nouū agere instituit. idqꝫ ex illis verbis manifeste pꝫ, prout posse derunt, ⁊ vt p̄serī. Ex qbus verbis Imperator nō nouū ius, sꝫ antiquum si q̄ erat confirmat, quare p huiusmodi priuilegium do. Arnaudi intentio nec plene, nec semiplene probata dici potuit. Lꝫ ex quasi possessione tanti tpis cuius initij memoria non existit non minus ius exigendi pedagiū, q̄ ex priuilegio Cesaris acqraī. Attamen q̄ idē do. Arnaudus necessaria ad quasi possessionem inducendam nullo iure probauit, cōtrari eius pretensa quasi possessio pedagiū exigendi nō preiudicat. Maxime cū p̄scriptio exigendi stricti iuris sit, nec rerū ante non exactarū, nec psonarum extensionē recipit, q̄ cum facti sit, p̄sumi non pōt. Et q̄ testes in cā propria recipi prohibitum est. Ideo singuli de vniuersitate in re vniuersitatis ex q̄ proprium commodum singulis acquiritur testes esse non possunt, secus si commodum ipsis vt vniuersis competat.

1 Imperator pōt concedere priuilegium pedagia exigendi.
2 An confirmatio facta ex certa scientia principis ɔfirmet quod antea erat inualidum. vide nume. 7. ⁊ quando certa scientia probetur.
3 Tenor priuilegij est ante oia considerandus, nam ex eo priuilegium legem accipit.
4 Priuilegiū se referens ad ius, tituluꝫ, ⁊ possessionē anteriorē nullum nouum ius ɔcedit, sed antiquum confirmat.
5 Priuilegiū Imperatoris ɔcessuꝫ ad supplicationem partis si subreptitium, vel obreptitium sit, non valet.
6 Ius exigendi pedagiū ab Imperatore ɔcessum, sine concedētis consensu vendi non potest.
8 Quasi possessio exigendi pedagiū tāti tpis cuius initij memoria non existit tm̄ operaī quantum expressum priuilegium Imperatoris, quo ad acquirendum ius pedagij.
9 In prescriptione tanti temporis ⁊c. aduersariorū nec scientia, nec patientia requiritur.
10 Ius exigendi pedagium respectu eorum a qbus exigitur, dicitur esse quedam seruitus.
11 Que requiranī ad acquirendam quasi possessionē iurium incorporalium hic vide.
12 Sine quasi possessione iura incorporalia non prescribuntur.
13 Factum ⁊ scientia vnius, non debet alteri preiudicare.
14 Per ɔsuetudinem ius in publicum acqriī, per prescriptioneꝫ vero ius particularibus acquiritur.
15 In prescriptione libertatis, scientia non requiritur.
16 In prescriptione seruitutis scientia ⁊ patientia partis aduerse articulanda ac probanda est.
17 Prescriptio stricti iuris est, ideo non dicitur prescriptum nisi in quantum possessum constat.
18 Singuli de vniuersitate in re vniuersitatis, ex qua ipsis vt singulis commodum queritur, testes esse non pñt. Secus si vt vniuersis eis vtilitas accedat.

Respon. interpreta.

IN causa Que vertitur inter do. Arnaudum dnm loci motis Locberij ex vna, et cōitates Mōntilij duo principaliter examināda veniunt. Primo, an virtute priuilegij Caroli quarti romanorum imperatoris, p cuius effectū ɔfirmatur, et ex certa scientia d nouo ɔcedit ius exigēdi pedagiū loci Mōtilij dicat fundata intētio pdicti dñi. Scdo, si nō iustificetur huiusmodi titulus vigore dicti priuilegij, an saltē vigore antiquissime qsi possessionis exigēdi dictū pedagiū fuerit causata pscriptio. ¶ Circa primum, vt aperto ore dōs pdictus do. Arnandus iustificasse et pbasse sibi cōpetere ius exigēdi pedagiū p instrm dicti priuilegij, seu ɔfirmationis. certū. n. est imperatorē posse

1 ɔcedere tale† priuilegiū. c. sup quibusdā. §. pterea. d verbo. signi. Specul. tit. d caus. pos. et ppriē. §. j. ver. qd de colligētib°. Bal. in. l. si pfēs. col. pe. C. de ɔdi. inser. et qui negaret imperatorē nō posse incidere in crimē lese maiestatis. l. ij. C. d crimi. sacr. xvij. q. iiij. si qs suadēte diabolo. §. cōmittūt. ĝ restat vtrum voluerit ɔcedere. et vt sine dubio q sic, qr verba ita sonāt. vnde cū i vbis nō sit ambiguitas nō ē admittēda voluntatis qō. l. ille aut ille. §. cū in verbis. ff. de leg. iij. imo p huiōi priuilegiū apparet q ex certa sciētia voluit ɔfirmare ius et facultatem exigendi dictū pedagium, et quatenus eēt expediēs ex eadē certa scia de nouo ɔcessit, quo fit vt nō videat dubitādū;

2 qr ɔfirmatio† fcā ex certa scia principis, validat q antea erat inualidum. c. j. c. veniens. vbi glo. in verbo ɔfirmatum. de testi. Bar. in. l. priuilegia C. d sacrosan. eccle. Car. ɔs. ccccliij. incipiē. q ratificatio. Pan. ɔs. lxij. incipiē. illud. ij. col. i prima parte. Alex. ɔs. cccx. viso. in. iiij. vol. et ɔs. j. col. xiij. vol. v. et si diceret non ɔstare de certa scientia, esset a veritate deuiare, qr expresse in priuilegio dr ex certa scientia, et de plenitudine potestatis, & casu dō pbata certa scientia, fm glo. in clem. et si principalis. de rescrip. et in. c. statutum. vbi glo. eod. ti. lib. vj. Panor. in. c. examinata. d ɔfir. vti. vel inuti. Lud. ro. ɔs. ccxxxvj. incip. iste sunt rationes. Alex. in. d. ɔs. xxxix. et facit tex. l cle. vni. d pba. ¶ Verum iis et similibus nō attentis, in ɔuam sententiam tra-

3 hor ex infrascriptis. ɔsidero. n. tenorem priuilegij, q† ante oia est diligēter attēdēd°. c. porro. c. re accepimus. d priu. dat. n. tenor legē priuilegio, fm Bal. in. c. j. §. denique. que fuit prima caus. benefi. amitten. et in. c. j. an agna. vel filij defunc. &c. Curti. senior ɔs. xlix. incip. recolende memorie dux Philippus. col. viij. et sequent. et dixit iureconsultus in. l. si quis stipulatus sit Stichum, aut Pāphilū. ff. de verb. ob. quaerēntibus inspiciēdus est sermo stipulationis, h quaerēdus est sermo huius priuilegij, qui talis est, singula iura, et pedagia prescripta sic, et prout eadē ipse Gaucheri° et pgenitores sui (vt asserunt) rite et rōnabiliter habuerūt, et pacifice (vt prefert) possederunt, ɔfirmam° et innouamus &c. Ex quibus verbis apparet q Impator nō voluit ex huiōi innouatione priuilegij nouum ius ɔcedere, sed antiquum si q erat comprobare. vt dicit tex. in. c. cū dilecta. de ɔfirm. vtil. vel inuti. voluit. n. ɔcedere pedagia ibidē recitata, tanq prius rite, et rationabiliter habita et pacifice possessa. vt inquit tex. in. c. inter dilectos. ad finem. de fide instrum. tm. n. fuit Gaucherio et successoribus p Carolū imperatorem ɔcessum, quātum ante competebat. nihil ergo iuris ɔfert nisi quatenus antea competere ostendat. l. q si in venditiōe. ff. d her. vel actio. vend. l. si sic. §. j. ff. de leg. j. l. si nō designata. C. de sal. caus. adiecta lega. si ergo. d. Arnaudus nihil aliud probet q per allegatū priuilegium, certissimum est q non plene nec semiplene probata est intentio sua, et ita in specie ɔsuluit Oldr. ɔs. clxxiij. viso priuilegio. q videatur, qr factū quodāmodo vide-

4 tur ad decis. huius dubij, facit qr dictum priuilegium refert† se ad ius, et titulū, et possessionem anteriorem, vnde nihil dicitur probare nisi ɔstet d relato. auten. si quis in aliquo documēto. C. d eden. corroborat, qr imperator ɔcessit tale priuilegiū ad

5 supplicationē† partis, imo se refert ad supradicta, dum dr vt asseruit. itē ibi, vt prefert, quo casu nihil dicat esse concessum, nisi cōstet supradicta fore vera. c. qr circa. de consang. et affin. et ibi not. Pan. q impetrans tenet probare omnes qualitates expressas fuisse veras eo tpe quo exprimunt, et idē voluit Panor. in. c. cōstitutus. vbi Feli. col. j. et. c. dilectus. j. d rescri. et bene ad terminos nostros ɔsuluit Soc. ɔs. clxiij. visa bulla Bone ad terminos nostros ɔsuluit Soc. ɔs. clxiiij. visa bulla Bonifacij, in. ij. parte. q si impetrans expssit se esse in lōga et antiqua possessione, nō valebit priuilegiū nisi constet d tali possessione, qr nō ita de facili cōcessisset Imperator, si sciuisset impetrantem non possedisse per longa tpa ante ɔcessionem priuilegij, non enim presumendū est voluisse priuare hoies Mōntilij sua qsi possessione libertatis. et ppea quotidie dicimus rescriptū, seu priuilegiū nō faciens mentionē de colorata possessiōe illius in cuius pdiciū perit tanq subreptitiū nō valere. c. ad audiē. de priuile. c. cum nris. de ɔcess. pbē. Et qd nō solū obreptio sed ēt subreptio vitiet priuilegiū patet ex iis que dixit Jo. and. in additio. Spe. tit. de ca. poss. et propie. §. j. ver. quid de colligentibus. vbi decidit, q priuilegiū exigēdi pedagiū ab aliquo loco, nō vz si impetrans tacuit, q locus ille tūc erat grauatus aliis pedagiis, arg. c. duobus. de rescrip. li. vj. et in. c. mādatū. eo. ti. in antiq. et vtrobiqz notat doc. et hoc in mā ɔfirmatiōis, vt disponit text. in. c. ad nram. et in. c. porrecta. de ɔfir. vti. vel inuti. vnū addo ex abundāti, posito, q tale priuilegiū fuit et legitimū. et plenū ius tribuere, q do. Arnaudus nō pt se illo iuuare, nisi pbet q sit ex hēdibus, et successoribus vniuersalibus

6 dicti quōdā Gaucherij, hoc dico, qr ius exigendi† pedagiū cōcessum a principe alicui nobili nō pt vēdi sine ɔsensu Imperatoris ɔcedētis, fm Bar. in. l. in diē. ff. de aqua plu. arc. Seq. Jo. bap. in tracta. de gabel. in. xiiij. q. prime partis. aduertant igit ɔsulens Mōntilij, an hic do. Arnaudus successerit in loco dicti do. Gaucherij tanq hēs, an tanq particularis successor. Ex iis liqde ɔstat allegatū priuilegiū nō pbare intentionē pdicti do. Arnaudi, nec obstat dū dr, q imperator potuit, qr istud si negat, sed dr q noluit, q āt noluerit apparet ex pmissis, nec obstat dū dr, q innouatio, et ɔfirmatio facta ex certa scientia

7 roborat actū inualidū, qr† verū sit ex certa sciētia sit facta ɔfirmatio, vel ɔcessio simplr, secus qn est facta sub tali forma, vz. prout rite et rōnabilit habuisti, et pacifice possedisti, p fundamenta sūducta, dr. n. tūc ɔfirmatio ɔditionaliter facta, que nullum ius tribuit, vt signāter decidit Pan. in. c. j. et in. c. examinata. de ɔfir. vti. vel inuti. et pbat in. c. qr diuersitatē. de ɔcess. pbē. et Pan. in. d. ɔs. lxij. et Ale. l. d. ɔs. xxxix. et si dicat, si nullū ius tribuit, ĝ frustratoriū priuilegiū, qd nō est dōz. c. si Papa. d priui. li. vj. Rndet Pan. in. d. c. j. q solent impetrari similia priuilegia nō vt videat sine licētia Imperatoris exigere pedagia, sz vt magis tueant, seu timeant. c. qq. xxiij. distin. c. si aduersus. de heret. et vt ius ɔfirmatū sit maioris autoritatis. c. qs necessi. xj. distin. Circa fm dubiū videret pculdubio dōz fundatā fore itētionē do. Arnaudi ex quasi possessiōe lōgissima, pponi. n. q tāto tpe spacio cuius initij memoria hoium nō extitit in ɔriū eē in qsi possessiōe exigēdi pedagiū ab hoib° dicti

8 loci Mōtilij, q quasi possessio† t. in tpis operat tm quo ad acqrēdū ius pedagij, qntū expressum priuilegiū Imperatoris, vt est tex. ad litera. in. d. c. super quibusdā. §. pterea. de verb. signi. facit. l. h iure. §. ductus aque. ff. de aqua quoti. et esti. et que ad prepositū reducit Fel. in. c. cum. col. j. et seq. et in. c. cū ecclesia. col. vj. de pscri. Jas. in. l. quominus. col. viij. de flumi. ff. et ita ɔcludit Bart. in. l. si publicanus. §. in oibus. de publi. ff. Pan. et alij in. c. cū nobis. de pscri. vbi volūt, q reqrat sciētia et patientia Imperatoris et suorū officialiū. tn cōis opi. est ɔ Bar.

9 q in pscriptione† t. in tpis &c. nō reqrat aliqua sciētia, nec patiētia, qr talis pscriptio hz fundamētū a. l. et vz statuti et priuilegij. sz Ale. ɔs. vj. viso themate. vbi loqt in pscriptione pedagij. vol. j. et Jas. in. l. imperiū, vbi alias autoritates adducit. d iurisd. oin. iud. Bal. in tra. psc. in. ij. et. iiij. q. iii. qō. principalis v. ptis. vbi loqt in terminis nris. et lz tex. in. d. §. pterea. reqrat tps cuius initij memoria hominis nō extitat in ɔriū, qr agitur de pscribēdis pedagiis, q sunt de reseruatis, et agit de pscrip. ɔ principē, tn in casu nro vbi agit de pscrip. ɔ priuatos sufficeret tps. x. anno. inter psentes, et viginti inter absentes stāte cōfirmatione Imperatoris (vt. ɔ) facta in forma cōi, q lz non tribuat ius pfectū, vt. ɔ dictū est, tn sufficit p tit. ad causandā pscriptionē. fm Abb. antiquū. in. c. ouduū. de elec. Inn. in. c. j. de dec. Bal. in margarita. in ver. elec. Jo. bap. in tra. d qō. in iu. pte. ti. ptis. pim. iij. li. Dec. in. c. j. de ɔfir. vti. vel inuti. facit l. si qs diuturno. ff. si serui. vend. Sz ɔriū (fm ea q preponunt) verius existimo, dr. n. in themate, q cōitas ipsa probatura ɔria f. se eē in qsi possessiōe libertatis, et sic h verū foret, si opoteret implere sola, sz qr existimo, q cōitas pbabit aliques transisse sine pedagio, et ex aduerso do. Arnaud° pbabit exigisse pedagiū ab aliqb°, videndū est, an ex h do. Arnaud° dicat ɔcludenter pbasse se eē in qsi possessiōe exigēdi. d. pedagiū a quibuscumque que d dicto loco Mōtilij, et in h arbitror, q nō, et p declaratione solutiōe subiicio infrascriptas ɔclones. Prima ɔclo, ius exigēdi

10 † pedagiū respectu eorū a quibus exigit, dicitur quedā seruitus.

secun.

3. Vsufructuarius omnium bonorum si es alienum exoluere teneretur, quod futurum esset absurdum respectu creditorum.
4. Legatarius est, qui omnium bonorum vsufructuarius institutus est, dato coherede vniuersali in proprietate.
5. Fructus a solo separati, licet nondum reconditi, fiunt vsufructuarii.
6. Fructus fundi locati cur tacite pro pensione sunt hypothecati.
7. Fructus a solo separati, exportati et reconditi, sciente et patiente locatore, fiunt conductoris.
8. Vsufructuarius ad modicas impensas, non magnas tenetur.
9. Legatum vxori vel aliene factum valet, siue testator alienam sciuerit, siue ignorauerit.
10. Intellectus. c. filius noster. de testam. extra.

Respon. ccix. Interpretatio.

Bernardinus Marchisius de Burgonouo in suo testamento Almeline vxori sue legauit vsumfructum omnium bonorum pro tempore eius vite. donec casta vixerit, et ad secunda vota non transierit. Deinde in eius Codicillis, predicte vxori legauit omnia bona mobilia, et se mouentia, ac nomina debitorum. Necnon et omnia pur mobilia alienationi parata, ita quod de dicto legato possit pro libito eius voluntatis disponere. Dans insuper facultatem dictum legatum propria authoritate apprehendendi. Is Bernardinus tempore eius vite conduxerat a monachis sancti Sixti de Placentia, nonnulla predia consistentia in agro placentino, iste bonus vir adhuc non satisfecerat de pensione illius anni, cum mortuus est predictis monachis, licet ipse iam ex fundis conductis recollegisset fructus, eosque in proprijs domibus suis recondidisset. conuenitur in iudicio vsufructuaria. conueniuntur heredes proprietarii pro pensione, de qua supra heredes dicunt ipsam teneri, quia vsufructuaria omnium bonorum. Item et quia habuit fructus perceptos ex illo fundo, quorum causa ista pensio prestatur. vsufructuaria dicit heredes teneri, quia cum eis est quasi contractum cum creditoribus hereditariis, et sic vsufructuarius non tenetur ad solutionem eris alieni, et si habuerit fructus, quia iam erant a solo separati, et actio pro pensione est personalis, que obligat promissorem, vel illum, qui representat eius personam, vt est heres. Quis iustius induat arma, videre oportet. ¶ Et prima facie videtur dicendum, quod ista vsufructuaria omnium bonorum sit illa, que tenetur ad onera eris alieni, quia illa vsufructuaria totius hereditatis consequitur commodum, non autem heres proprietarius, quem sequuntur incommoda et qui commoda non sentit etc. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. cum vulg. nonne videtur inconueniens, quod nudus proprietarius teneatur ad onera, ipsa habente integrum vsumfructum omnium bonorum. arg. l. fi. §. vbi autem in omni. in fin. C. de iur. delib. et tanto plus isto casu, quo petitur pensio illius anni cuius fructus percepit ipsa domina, quo casu pensio eorum loco subrogata est, ideo eius naturam sapere videtur. c. percipimus. xx. dist. c. ecclesia. vt lite penden. cum vulg. et sic videtur quod sit inconueniens, quod ista locupletetur cum aliena iactura, vt ipsa habeat fructus, proprietarii vero soluant de suo contra. l. nam hoc natura. ff. de condict. indebi. et ita visus fuit tenere practicus papiensis in forma libelli, quo agitur ad dotem, et vsumfru. in §. dedit, et legauit. in primo membro sue distinctionis. Istam opinionem confirmo ex eo, quia vsufructuarius tenetur subire onus estimi et collectarum impositarum rebus, ex quibus vsumfructum percipit non autem in hoc grauatur nudus proprietarius. l. quero. vbi Barto. de vsufru. leg. Alex. in consil. cxxxix. volu. vi. et hanc opinionem contra istam vsufructuariam, quod teneatur ad onus eris alieni, visi sunt tenere Bald. Saly. Fulgo. Pau. de Castr. in. l. fi. in. §. sin autem es alienum. C. de bonisque libe. ris. Secundo principaliter facere videtur contra istam vsufructuariam quia ex quo relictus est vsufructus omnium bonorum, videtur vocata sub nomine hereditatis, ideo obligari videtur ad onera hereditaria. l. si quis seruum. §. fi. de legat. ii. ff. facit dictum glo. in. l. his verbis. ff. de heredib. instituen. vbi si in presentia septem testium relinquo Caio omnia bona mea, tunc talis videtur heres institutus ita quod poterit a creditoribus hereditariis conueniri. istam partem contra vsufructuariam indistincte tenuit Bald. in. l. fi. ff. de vsufruc. leg. per text. in. l. si quis seruum. §. fi. cum. l. seq. ff. de lega. ii. nam legando vsumfructum omnium rerum, videtur omnem substantiam legare. nimirum, si onus eris alieni talem sequitur legatarium. l. nam quod. §. fi. cum. l. seq. ff. ad trebel. et ita dicit Bart. vbi supra versi. quero quid si legetur alicui vsufructus omnium bonorum.

¶ Quarto pro ista parte facit text. in. d. l. fin. C. de bonis que liberi. §. sin autem es alienum. versi. sin autem legata vel fideicommissa. vbi dicit text. quod legata, et fideicommissa annalia, relicta in hereditate aduentitia, tenetur pater de suis redditibus soluere, et sic de vsufructu. vt ibi dicit Bal. hoc idem not. Marbesila. in suo notabili sexto, vbi formando questionem dicit. Testator habens valorem duorum millium ducatorum, in quo sempronium fecit heredem vniuersalem, vxorem vero vsufructuariam omnium bonorum, cuidam vero monasterio legauit quedam singulo anno persoluenda, ista monasterio persoluenda extrahi debent de vsufructu legato vxori.

¶ Quinto accedendo proprius ad casum nostrum, videtur dicendum istam do. Almelinam vsufructuariam teneri, ex eo quia fructus fundi locati penes se habet, qui tacite intelliguntur monasterio locanti obligati pro pensione debita. l. si in. l. §. i. loca. l. in prediis. ff. quibus modis pign. tac. contrahitur. et ideo non potuit testator legare, que locatori sunt obligata donec pensio sit soluta. l. si seruus. §. locaui. ff. de furtis. hec sunt que contra vsufructuariam pro herede proprietario dici possunt. ¶ Sed his non obstantibus contrarium puto de iure verius, scilicet quod imo onus eris alieni pertineat ad heredes proprietarios. Probo sic, Nam testator, qui se obligauit ad es alienum, in eius vita dicitur personaliter obligatus, et ideo contra eum, qui se obligauit, et eum, qui eius personam representat et est eadem persona cum eo vt est heres, in authen. de iureiuran. a morient. prestit. in princip. cum vulga. datur actio personalis, et sicut contra heredem datur dicta actio, quia cum herede creditores dicuntur quasi contrahere. l. ex maleficiis. §. heres. ff. de actionib. et oblig. ergo solum heredem, non vsufructuarium pro onere eris alieni conuenire possunt. l. i. C. si cer. pet. cum aliis adductis per Ias. in. l. i. ff. ad treb. in. l. notabili. et sic non possunt vsufructuarium conuenire, quia si semel esset effectus heres, non posset desinere esse heres. l. qui soluendo. ff. de heredib. instituen. ergo ipsa non obligatur onere eris alieni. et

ita tenuit domi. Soci. consil. cxxxj. in presenti consultatione. volu. pri. vbi allegat tex. in. l. quoties. de heredi. institué. Istam etiam sententiam tenuit Alex. in pluribus locis, maxime in. l. filio. §. si via. in quinquennium. ff. soluto matrimonio. vbi dicit istam opinionem fore cõmunem, contra Bar. Et pro ista parte Roder. Taurinen. in. l. j. ff. ad Trebellia. inducunt illum tex. ad probandum, quod vsufructuarius omnium bonorum ante senatusconsultum Trebellianum non tenebatur respondere creditoribus, etiam si haberet vsumfructum. omnium bonorum. Istam opinionem tenuit Bal. in consi. lxxxvij. incip. super primo puncto videtur dicendũ. vol. v. & eodem. vol. consi. cccclx. mouetur ratione, quia † impossibile est vsufructuarium omnium bonorum teneri ad onus eris alieni, cum bona intelligantur deducto ere alieno. leg. mulier. de iure dotium. l. subsignatum. ff. de verbo. significa. ideo prius est fienda detractio eris alieni, & post consignatio vsusfructus vsufructuario. & ideo dixit Jas. in loco de quo supra. in. vj. notabili. quod si verum esset, quod vsufructuarius es alienum deberet soluere de vsufructu, quod † sequeretur unum absurdum, quando tale onus esset in magna summa, quod puta creditores haberent necesse expectare dilationem solutionis ad multos annos, sicut singulis annis vsusfructus percipitur, hoc esset eis damnosum, cum tempus sit pars summe. l. j. §. idem. ff. de edendo. & sic tunc diceretur minus eis solutum, cum tardius solueretur. §. plus autem. Institu. de actionibus, igitur sequitur, ne isti puniti creditores debeant diu expectare, quod de hereditate est fienda solutio in bonis hereditatis. & per istud fundamentum do. Jaso. ibi dicit, quod ita iudicaret, & consuleret. Istam partem ego comprobo, quia testator non potest legem imponere creditori, vt eius creditum exigat ab vsufructuario, vel herede, prout fructus hereditatis sue nascantur. tex. est in. l. cum ab vno. ff. de lega. ij. iuncta. l. si non designata. C. de falsa caus. adiecta lega. vbi si dos probatur realiter data vxori, illam poterit consequi, & si maritus voluerit eam in fructibus compensare, quia non potest facere vt eam tardius debeat contra vxoris voluntatem. iste est casus Pau. de Cast. in consil. ccxciiij. incipien. in causa que vertitur Bononie. in. ij. part. & ideo † quando mulier est instituta vsufructuaria omnium bonorum, & datus est coheres vniuersalis in proprietate, illa habetur pro legataria, & tunc onus eris alieni pertinet ad heredem. d. l. quoties. de heredibus instituendis. hanc etiam partem pro vsufructuaria expresse firmat tex. in. d. l. fi. §. sin autem es alienum. C. de bonis que liberis. & ibi notat Pau. de Cast. & est tex. in. l. vsufructu bonorum. vbi domi. Alexan. tenet istam partem. ff. ad legem Falcidiam & tenuit Areti. in consi. cxvij. in primo dubio. idem tenuit Bald. in quodam consilio suo incipien. vsufructuarius omnium bonorum. qui Bald. concordat cum dictis per domi. Jaso. vbi supra, quod esset inconueniens, si esset magna impensa, quod spectaret ad vsufructuarium, quod est contra tex. in. l. hactenus. ff. de vsufructu. & ideo legatum vsusfructus esset elusorium, vt etiam dicit Bald. in. l. j. in versicu. pone maritus. C. de fructib. & litium expen. Istam etiam opinionem tenuit Ange. in. §. constituitur. Institutio. de vsufructu. & in. §. sed quia heredem. Instituta de fideicommissar. hered.

¶ Non obstant modo adducta in contrarium quod qui habet commodum vsusfructus debeat sentire incommodum eris alieni. Quia dico quod satis incõmodi habet, si fiat venditio hereditariarum rerum, quia ei etiam diminuitur vsusfructus. tex. est in. l. ex facto. de heredibus instituendis, & tanto plus, quia hoc non apparet ex mente testantis. ita respondet Pao. de Cast. in consi. ccxciiij. supra allegato.

¶ Non obstat, quod dicitur, quod pensio debetur loco fructus, & sic illa habuit fructus illius anni, quo petitur pensio, ergo quia &c. respondetur ex illa distinctione iuris vera, quod † aut fructus sunt separati a solo, etiam quod non sint in horreo reconditi, nihilominus efficiuntur vsufructuarie quo ad proprietatem eorum, vt in simili questione not. de vsufructuario moriente fructibus separatis a solo, quia non sunt proprietarij, sed heredis vsufructuarij, prout notatur in. l. defuncta ff. de vsufruct. quod etiam procedit, etiam si dies soluendi pensiones adhuc non euenerit. facit tex. in. l. in singulis, in fi. ff. de anni. legat. & in. l. si fructuarius messem. vbi not. quib. mod. vsusfructus amit. §. is vero ad quem. Institu. de rerum diuisio, vt tenuit Practicus Papien. vbi supra in. d. §. in fi.

¶ Non obstent etiam iura allegata in fundamento vltimo, quia dicitur, non concesso tamen, quod fructus recollecti super dicto fundo extent, quod etiam tale onus pensionis spectat ad heredem proprietarium, non obstante distinctione facta per clarissimum aduocatum in oppositum, quia de nobilibus factum fuit legatum domine Aimeline, & ideo solutio debet fieri de venditione mobilium, non vero in re legata vsufructuario, id quod ad hoc vt voluntas testatoris seruetur. l. in conditionibus primum locum. cum vulg. ff. de condit. & demonst. & ideo tunc est seruanda forma. d. §. sin autem es alienum. in. l. fi. C. de bo. que libe. & in. l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. Et tunc deueniendo ad immobilia, pariter tunc erit vsufructuarius quamuis minorem habiturus vsumfru. Immo propius respondendo dico, quod in casu isto fructus tales non subiacent obligationi pensionis petite, attentis que in thema deduxi. nec huic opinioni refragantur illa iura in contrarium adducta per tex. in. d. l. si in. l. §. j. & in. d. l. in prediis. que dicunt, quod fructus fundi locati sunt tacite hypotecati † pro pensione, hoc ideo, ne locupletetur conductor cum iactura locatoris, scilicet quod locupletetur in fructibus, & in pensione damnum patiatur locator, & ideo erit verum dicere, quod hoc procedat, vt habeat locum ista tacita hypotheca quatenus non sit soluendo conductor, sed vbi sit soluendo cessante ratione. cessat etiam tacita hypotheca. c. cessante. de appellatio. & ita intelligo illa iura, & non aliter. & ita dictat ratio, que est anima legis. & tanto plus in casu isto videtur verum, quod fructus illi sunt vsufructuarie, quia † fuerunt separati a solo, & exportati, ac in horreo reconditi ante mortem legantis, locatore patiente, & non contradicente, quo caso, quia tunc eos percepit voluntate domini, fecit illos suos, vt dicit tex. in contrarium allegatus in. d. l. si seruus communis. §. locati. ff. de furt. ibi. & ideo colonum, quia voluntate domini eos percipere videtur, suos fructus facere. Et tanto plus, quia in certum tempus fuit destinata solutio, & sic fides de precio fuit habita, vt ibi dicit glo. in verbo, facere. Et sic non obstat allegata glo. in contrarium. in. d. §. locati. in verbo cogat, quia intelligitur vera, quando dominus prohibet fructus in fundo existentes exportari, quod facere potest, vt dicit Bald. in. l. eadem. C. loca. quando vero permisit eos exportari, effecti sunt conductoris, vt quia separati a solo eius efficiuntur, vt dixi in primis allegationibus. Nec hoc videtur inconueniens, quia patiendo eos exportari, & non contradicendo, sibi preiudicat. l. invitus C. de agricol. & censi. lib. xj. quem allegat Bal. in. l. titia. soluto matrimonio. adde Barbati. in consil. xxxj. volu. j. versicu. Preterea facit, quod nullum ius competat &c. vbi allegat no. in. l. ij. C. de iure domini impetrandi. Nam presens actui non potest contradicere sibi preiudicium, si non contradicat, sibi preiudicat. Bart. in. l. penultima. de relatio. Alexan. consil. lxxj. versicu. sed premissis. volu. iiij. Imputetur ergo in casu isto locatori, si tempore recollectionis, sibi fructus non retinuit, vel sequestrauit, & reponi fecit in domibus predij locati, vt videntur dicere predicta iura, tunc enim sufficit esse habitam fidem de precio, que dicitur haberi, quando locator non contradicit recollectioni, & exportationi fructuum. §. vendite. Instituta de rerum diuisio.

¶ Non obstat, quod vsufructuaria teneatur soluere onera estimi, & collectarum, quia illud procedit in modica expensa, non in magna, vt dicit Alex. in. d. consil. cxxxiij. volumine septimo alibi sepe.

¶ Non obstat illud, quod dicitur, quod ex quo est vocata ad omnia bona, quod tũc intelligatur vocata vt heres, ideo non est inconueniens, vt teneatur ad es alienum, quia respondetur, vt dixi supra, vocando eam ad † bona intelligitur deducto ere alieno, & ideo vsusfructus detrahitur de hereditate, nec si diminuitur vsusfructus igitur &c.

¶ Non obstat etiam allegata doctrina Bar. in. l. fi. ff. de vsufruct. leg. quia contra eam est communis conclusio, vt supra dixi, tamen specialius respondendo dico, quod allegata per Barto. loquitur in eo, qui est institutus in proprietate, & sic pleno iure & sic antequam heres tradat. isto casu debet mobilia vendere, & etiam immobilia vbi prima non sufficiant, & post modum vtetur vsufructuarius reliquo. d. l. vsusfructus bonorum. & d. §. sin autem es alieni.

¶ Non obstat etiam. §. sin autem es alienum, allegatus in contrarium, quia facit pro vsufructuaria, eo quia ibi sumus in dispositione

none legis. que fecit patrem vsufructuarium, ideo tenet ad legata, quia illa erant annalia, & sic singulo anno possunt de fructibus solui, hic in creditore, qui non potest cogi ad differendũ solutionẽ sibi fiendam, idõ de vno casu ad alium nõ est bona illatio. l. Papinianus exuli. ff. de mino. & minime agit cum lege, vt faciat patrem etiam teneri ad es alienũ, & ita concludunt Alex. in. d. l. vsufructu bonorum. & Pau. de Cast. in. l. deducta. §. qui post. ff. ad trebel. ¶ Sed esto quod isti fructus non essent domini, & sic alieni. certe dico quod etiam comprehenderetur in legato non habita distinctione in casu isto, an sciret testator legans esse res alienas, vel alteri hypothecatas, quia ex quo † reliquit vxori, tunc siue fuerit ignorans, vel sciens, valet legatum. l. cum alienam rem C. de lega. l. non dubium. §. si. ff. de lega. iij. l. omnium ex familia. §. si rem. ff. de lega. ij. & Abb. in consil. xxx. vol. ij. in primo dubio. in princi. Romanus in. xxv. sol. vltimo videndum est, an legatum. Et in proposito nostro facit dictum Bal. in. d. l. cum alienam. C. de lega. sol. dubitatur. tamen vbi dicit, quod si testator emat rem alienam cuius pretium non soluit, & illam rem leget, tenetur heres soluere de suo, quia iure tenetur cedere cum effectum, quod facere non potest nisi soluat. l. Julianus. §. offerri. de actio. empti. l. nomen. ff. de hered. vel actio. vendit. Et in casu nostro possessio tenetur loco pignor. ergo heres debet luere. l. qui concubinam. §. qui hortos. de leg. iij. in terminis de re alteri obligata. Jas. in. d. l. in alienam. in princip. Alex. consil. clvij. in fin. vol. vij. Nec huic conclusioni obstat text. in. c. filius nostri. de testamentis. qui dicit, quod legatum factum de re ecclesie non valet, ita quod illa res sit redimenda, vel eius estimatio soluenda, quia ille text. loquitur de re cuius commercium non habemus, nec habere possumus, ideo cum ille textus sit correctiuus, non videtur posse vlterius extendi, nec corrigere, nisi quatenus loquatur, scilicet de re vt supra legata argumen. l. precipimus. C. de appellatio. & ita dixit Alex. in. d. l. cum alienam. Et istam partem, quod etiam non obstante dispositione. c. filius noster. de testa. dummodo non sit res Cesaris, vel patrimonij petri, valet legatum saltem ad estimationem. tenuit Alex. in consil. ix. vol. ij. vbi dicit, hoc maxime verum pro conseruanda mente testatoris, que videtur esse, vt omnia habeat, vt ex verbis legati, de quo in testamento, quia factum coniuncte persone. id est vxori. & ita tenet Abb. in. d. c. filius noster. in fin. & Alex. ibi sequuntur quam plures docto. ibi relati per eum. ita tenet Jas. in. l. apud Julianum. §. constat, sol. extra glo. de lega. j. vbi respondendo ad text. in. c. filius noster. dicit, quod non negat ibi text. estimationem non deberi, vt etiam ibi tenet Hostien. sed loquitur de re ecclesie, quam mandat restitui ecclesie qui Hostien. dicit. d. c. filius noster procedere, quoties nimis grauaretur heres redimendo rem alienam. si vero non nimis grauaretur, etiam non obstante. d. c. filius noster, procedit opinio Host. & cum isto intellectu concordat intellectus Cardinalis Zabarelle dicentis. c. filius noster ponere casum specialem, quando vni ecclesie legatur res alterius non autem loquitur, quando legauit res, que non sit ecclesie. & ideo non discrepat casus noster a iure canonico, quia loquimur de re, que erat in commercio nostro, etiam si sit aliena, ideo expedit iura iuribus concordare. l. vnica. C. de inoffic. dotibus. & in proposito nostro, ne longe vagemus, in casu proprio consuluit dñs Philippus Corneus in consilio suo. xxxij. incip. licet prima facie videatur. primo vol. qui post longam disputationem concludit, ideo legatum de re aliena factum vxori, seu coniuncte persone ignoranti, seu scienti, valere, & istam opinionem dicunt tenere Hostien. Panor. Joan. And. Pet. de Ancha. Ant. de But. in. d. c. filius noster. & ibi glo. si. & Pet. & Cyn. in. d. l. cum alienam. & multos alios, quos refert, & dicit solum quo ad vnum differentiam esse inter ius ciuile & canonicum, quia ius ciuile permittit legatario vt non cogatur restituere rem alienam, nisi euincatur de iure. ius vero canonicum grauat legatarium alienam rem legatam retinere contra voluntatem domini, etiam quod non euincatur ab eo, non tamen dicit quin debeatur estimatio aliene rei legate. & ita tenent Saly. & Benedictus de plumbino: Joannes Sorbens. & Bal. Fulgo: in. d. l. cum alienam. vbi Ang. Et ideo iudex debet iudicare etiam sm canonica legatum rei aliene valere, & sic istas possessiones vel fructus habere perceptos, de quibus supra, vel eorum estimationem, quo casu non est ambigendum heredes proprietarios omnino teneri ad solutionem petite pensionis.

¶ Epitome.

Confessus plura delicta capitalia quorum vnius satis manifesta habebat indicia, alia vero constabat re ipsa patrata, & in confessione sepius ex interuallo, & expresse, & extra locum torture perseuerans, nec tortus, licet ligatus & aliquantum fatigatus fuisset, capite damnari & plecti potuit. Nec ad rem facit quod in carcere confessus sit. Quin etiam valuit processus licet nulla prorsus indicia precessissent, quia de ea re nunquam a reo oppositum fuisset.

SVMMARIVM

1. Confessione propria & spontanea nulla maior est probatio nec eo pretextu quod nulla precesserint indicia reuocari potest.
2. Confitens delictum indicia habens de ijs etiam que non habent interrogari potest.
3. Confessio metu tormentorum extorta iudicari non debet, que sepius ex interuallo & expresse & extra torture locum facta est.
4. Metus carceris & tormentorum quando esse vel durare non presumatur.
5. Confessio in carcere facta in figura iudicij valet.
6. Processus vel inquisitio substantialibus carens veluti indicijs legitimis, contra confessum & non opponentem valet.

Respon. ccx. Interpretatio.

In causa Oliuerij rei detenti in fortijs do. Potestatis Placentini, cum de vita hominis agatur, nulla debet videri tam longa cunctatio. Considerato igitur processu contra eum agitato, videtur quod non possit pena mortis condemnari, quia licet fuerit confessus plura delicta, etiam per torturam & metum tormentorum, sine tamen legitimis indicijs precedentibus, talis confessio sibi nocere non debet, nec ex ea potest diffinitiue ad mortem damnari per text. in. l. j. §. si quis vltra. ff. de questio. & ibi Bart. & Ange. de malefic. in verbo, fama publica. versi. tu iudex sis bene cautus. Jas. in. l. iusiurandum. §. procurator. ff. de iureiuran. Roma. consi. cxiij. vbi inter alia requisita dicit, quod ad hoc vt spontanea confessio noceat, oportet quod constet de delictis per. l. j. §. item illud. ff. ad sylian. sed in casu hoc videtur facta lata confessio & adhuc non constat de delictis. ergo &c. Presupponitur etiam quod nulla precesserunt indicia, sequitur ergo quod dato quod perseuerauerit seu ratificauerit, non tamen talis confessio valebit, secundum doctrinam Bart. communiter approbatam, secundum vnam lecturam in. l. penultima. ff. de questio. Gandin. in rubri. de questio. & torment. versi. item pone, quod quidam fuit captus Alex. consil. v. in princip. volu. j. & consi. lv. in. iij. volu. & in. l. qui in aliena. §. Celsus. in addit. ad Bart. ff. de acquir. heredi. Rursus dicitur, quod confessio facta in carcere non valet, secundum glo. communiter approbatam in. l. qui in carcerem. ff. quod met. caus. Anchara. consi. xxiiij. post principium & eiusmodi confessio non valet licet indicia postea superueniant vt dicit Bald. in. c. ad nostram. circa fin. extra de probatio. Deci. in. c. at si clerici. de iudic. cum ergo non appareat de delictis commissis, & confessatis, & sine legitimis indicijs precedentibus, est intrepide dicendum, quod ex eius sola confessione mori non possit, vt ex premissis latissime colligitur.

¶ Ex aduerso demonstratur dictum Oliuerium fore & esse puniendum, ac etiam decapitandum, sic meritis suis exigentibus cum sanctissimum sit facere iusticiam de criminosis, quoniam nulla pinguior victima potest mactari Deo, quam homo iniquus, refert Pau. de Cast. in. l. ij. C. de episcopali audientia. & quia confessus est plura nefanda delicta videlicet publica & priuata homicidia & assassinamenta, vt ex eius processu apparet, que delicta nullo modo debent remanere impunita iuxta leges, ita vulneratus. ff. ad leg. aqui. & congruit officio presidis purgare prouinciam malis hominibus. l. congruit. ff. de offi. presid. & nulla † maior probatio vt esse, nec potest adduci, quam eius propria & spontanea confessio, que est tante

potentie, q tollit omnem presumptionem iuris & de iure, sm Bar. in auth. sz iam necesse. C. de dona. ante nupt. ita q partes iudicis non sunt, nisi in condemnando, vt not. in. l. j. C. de confess. nec talem confessionem potest reuocare pretextu q non precesserint indicia, qr de hoc est tex. rotundus in. c. j. de accus. lib. vj. etiam non data copia indiciorum tali sponte confesso, sine tormentis sm Ange. in verb. fama publica, vbi allegat Pet. de Ancha. in clem. j. de homicid. & dicit q hoc singulariter est mente tenendum. Sz predictus Oliuerius sponte & sine tortura fuit confessus se derobasse p vim in strata publica vnum saccum cum filo cuidam pauperi & de eius venditione & pretio participauit, de quo delicto et precedebant indicia satis manifesta Barricel. Placentino, qui dictum reum detinuit, & sic captura iustificatur q indicia et in actis Curie leguntur. Confessus et fuit dictus Oliuerius se interfuisse homicidio quondam Peregrini Mazarij iam duobus annis elapsis opem & auxilium prestando quem Peregrinum p vim extraxerunt ex ppria domo & illam sacchamanarunt, cuius interfecti cadauer fuit visitatum p pretorem montis clari & notissimum est de dicto homicidio. Alia quoque grauia crimina fuit confessus, de quibus in pcessu, & illa bis vel ter approbauit, & ratificauit sponte & est presumendum q conscientia patrati criminis perseuerauit, sm Bal. in. l. j. C. de confes. Paris de Put. ibi in verb. an ex sola confes-
2 sione. & qn quis † confitetur delictum potest et interrogari de delictis de quibus non sunt indicia, sm generalem consuetudinem, vt dicunt doctores maxime Ang. in verb. fama publica. in fi. Guido de suza. in ma tormen. §. quid de qone occurrenti. Gandi. in rub. de qo. & torment. vbi omnes ita dicunt, & affirmant, lz g in pluribus delictis confessatis q tuis no precesserint indicia, tn ex quo illa confessus est, & talis confessio est verisimilis, & a iure non spernitur, merito tenere dz, & sibi preiudicare, vt not. Dec. in. c. at si clerici. de iudi. ex qua confessione, vt dctu est, pot damnari, sz Bar. in. l. ij. ff. de custod. reoru. & Philipp. Franc. in. d. c. j. de accusat. lib. vj. etiam si pcessus inordinate fuisset factus sm doctor. coiter, maxime Bal. in. l. j. C. de confess. & Bar. in. l. si confess. ff. de cust. reor. qui etiam allegat illum text. in. d. c. j. de accusat. p valde notabili. Item & fuit confessus dic. Oliuerius assassinamentum & homicidium in personam quondam Abbatisse sancti Fràc. de cuius morte & cadauere constat ex visitatione iudicis malefactorum, que confessio fuit bis vel ter ratificata, & etiā sponte facta coram reuerendo dño vicario Archiepiscopali, q delictum grauissimum quale sit, omnes plane intelligunt. Et si dicatur, q illud fuerit confessus metu tormentorum, quo casu et si perseuerauerit, non valet talis confessio, per dictaz doctrinaz Bar. in. d. l. pen. ff. de qonibus. & per alia iura sup. adducta p parte 3tia, & qr carceratus non est sui iuris, ideo eius confessio non valet, sm illam gl. in. d. l. qui in carcerem. ff. q met. caus. etiaz si postea indicia superueniant, sm Bal. in. d. c. ad nostraz. de pbatio. & vt supra deductum fuit. Quia possum respondere q dictus Oliuerius super dicta confessione non fuit tortus, lz ligatus, & aliqualiter alciatus. & illud q nr, aliquid esse fcm vel confessatum metu tormentorum, illud relinquitur arbitrio iudicis coniecturandum ex circunstantiis, sm Bal. in. l. interpositas in princ. C. de transactio. Sed hic reus qui alias robustus & qui non fuit quassatus, est confes-
3 sus dictum homicidium, talis confessio † non dz iudicari extorta metu tormentorum, maxime qr illam toties ratificauit ex interuallo. & ita perseueratio ex interuallo etiam post torturam dicitur rei spontanea confessio, & est presumptio q conscientia patrati criminis perseuerauerit, sm Bal. in. d. l. j. C. de confessio. & iura que dicunt inualidam confessionem que fit in tormentis, non precedentibus indiciis non dicunt q defectus indiciorum non precedentium inualidet expressaz perseuerationem. & Bar. in. d. l. pen. ff. de qo. intelligatur de perseueratione tacita non autem expressa, que habet oim spontanee confessionis. ita per plura tenet Paris de pu. in verb. an ex sola confessione. que ratificationes in casu nostro fuerut facte extra locum torture, & pluries, & etiam examinatus a solo iudice ecclesiastico, scilicet. d. vicario Archiepiscopali, idez affirmauit, vt supra dictum est. Et dum dicitur, q semper
4 † presumitur durare metus carceris, seu tormentorum, videtur illud pcedere, quando metus infertur vere & iniuste. secus si iuste, & per iudicem p quo presumitur q omnia fecerit ex more animi sui informati ex qualitate delicti & rei detentio-

iuxta nota. in. l. iij. §. eiusdem. ff. de testib. & talis confessio facta metu tormentorum, q debeat intelligi in metu vero, non autem presumpto, & illato per iudicem, vt dictum est, & expresse tenet Cepol. in 9s. xxxv. vbi allegat Ang. ita dicentem in. l. ij. C. q met. caus. Et licet dictus Oliuerius fuerit ligatus, & aliqualiter alciatus, non tamen illud iudex fecit ad h vt ipse confiteretur, sed vt vera diceret, g sequitur q tenor huiusmodi confessionis non est omnino tormentarius, sz sm quid est liber, qr intentio iudicis fuit vt confiteretur verum, non autem qr tortus. ista sunt vba Bal. ad literam in. d. l. j. C. de
5 confess. Nec obstat dum dicebatur † q confessio facta in carcere non valet per gl. approbatam in. d. l. qui in carcerem. ff. q met. caus. qr vz facta per metum, vt supra dictum fuit. Qz respondetur sm Bal. vbi supra q illa glo. pcedit, quando confiteretur ad vtilitatem carcerantis, non in figura iudicij, alias sequeretur q illi qui detinentur in palatijs, non possent ibi confiteri ad tribunal potestatis, q est falsum, qr in capitalibus causis semper reus detinetur, & valet eius confessio, sz Bal. ibi, & Cepolam in. d. 9s. xl. Nec obstat etiam si dicatur, q indicia non precesserunt, g detentio nulla, nec confessio valet, vt dictum est supra, p parte 3tia. Quia respondetur, q imo pcesserunt indicia, & fuit captus per Barisellum deputatum per Christianissimum Regem ad capiendum malefactores, put erat dictus Oliuerius infamatus tanquaz socius Astorini. & aliorum bannitorum a dño Regio, & etiaz p aliis
6 delictis, tum † etiam valet dictus pcessus, qr nunquam fuit oppositum per ipsum reum detentum etiam sibi data defensione, vt est tex. cuz gl. & ibi coiter docto. in. c. ij. de accusatio. lib. vj. sequitur & refert Cepol. 9s. lxxvij. qui allegat Ange. in. l. si vacantia. C. de bon. vacant. lib. x. tenentem q licet inquisitio careat substantialibus, tamen sequi potest condemnatio 3 confessum, & 3 non opponentem, vt ibi per eum. Preterea authoritatem amplissimam concessam domi. Pretori Placentino per Christianum regem nostrum, q in atrocioribus delictis, vt sunt premissa, posset procedere seruata, & non seruata forma iuris, & prout melius fieri poterit, vt delicta puniantur. Quicquid igitur actum est 3 dictuz Oliueriu, bene actum videtur, vt possit ad vltimum supplicium condēnari, & meritas penas luat, iuxta. l. sancimus. C. de penis. p superius adducta, iuribus & authoritatibus comprobata.

Epitome.

In materia beneficiali versatur hoc responsum, cuius summam, qr in ipsius fine posita est hic repetere superfluum visum est.

SVMMARIVM

1 In interdicto retinende prefertur antiquior possessio. nam posterior clandestina presumitur.
2 Exceptio inualidi tituli 3 agentem possessorio retinende in beneficialibus obstat, & de ea incidenter cognoscere solent parlamenta francie.
4 Exceptio suppressi valoris cur in beneficialibus admittenda sit iudici laico.
5 Iudex laicus in beneficialibus de quibus exceptionibus cognoscere possit.

Respon. ccxj. Interpretatio.

Si omissa validitate titulorum vtriusq partis queratur quis debeat obtinere in interdicto retinende possessionis huius canonicatus, & prebende, proculdubio dicendum est q Ioannes Changragrossi habeat potiora iura, qr priorem & antiquiorem possessionem probauit. c. licet cau. de probatio. & ratio est, qr posterior possessio Petri de Castellania presumitur clandestina, vt ibi dicitur, & declarat Bar. in. l. si duo. ff. vti possidetis. Bal. in. l. ordinarij. C. de rei vendicat. Pet. de Anchara. consi. cclxxv. ad declarationem. Curt. consi. xxiiij. super eo. & alibi sepe per docto. & si venerandu Curia Prouincie non vult, q pro iustificatione pos-
1 sessionis cognoscatur incidenter de titulo, vel † qr de iure non sit admittenda iustificatio tituli in interdicto vti possidetis, vbi alter probauit de antiquiori possessione, vt in casu nostro prout tenent Panor. & alij in. d. c. licet cau. & Bar. in. d. l. si duo. Curt. in. d. consil. xxiiij. & consil. lxxiij. tunc constat Io.

manutenēdū

manutenendū fore in sua possessione. ¶ Si vero velit predicta curia incidēter ad colorādū possessoriū cognoscere de titulo & ꝓprietate, tamē nō sit in beneficialibus alicui cōcedendus vitiosus ingressus. c. j. de reg. iur. in. vj. certe dʒ admittere exceptionē suppressi valoris ꝯ titulū Petri, q̄r ꝯ agētem possessorio retinende in beneficialibus, obstat exceptio inualidi tituli, vt est casus in. c. audita q̄rela. & ibi no. Pan. in. j. notab. de restit. spoliat. de qua exceptione incidēter solēt cognoscere Parlamēta Regia Fran. ſm do. Guido. Pap. decis. lxxi. incip. iudex laicus. q̄ sine dubio verū est, si in Parlamēto sint aliqui senatores ecclesiastici. nam de iure ꝯstat regē, & eius senatores ēt laicos cognoscere posse de possessorio, ſm Pan. in. c. literas. de iuramēt. calum. mō si in cā possessorij incidat aliqua q̄ō tituli, tunc de tali incidēti q̄ōne pñt cognoscere senatores clerici, q̄ q̄ noīe Regis laici sus dicaf, vt concludit Fel. in. c. cū sit generale. §. & vidi certari. de for. cōpet. vbi tʒ clericū delegatum a laico posse cognoscere de cā vsuraria emergēte in cā delegata, q̄ q̄ laicus delegatus ipse nō posset. Et q̄ hec exceptio† suppressi valoris sit admittenda, ostēditur ex duobus. Primo, q̄ ex sola negatione tituli efficiſ incoloratus, sicut negaref nō ꝯstare impetrātē esse clericū. nāʒ si negef expressum fuisse verū valorē, impetrās tenef ꝓbare valorē ab eo expssum, eē valorē, ſm Pan. in. c. ad aures. de rescript. & in. c. feu. de ꝓsumpt. facit tex. & ibi no. Pan. in. c. q̄ circa. de ꝯsanguinit. & affinitat. & q̄ late scribit Fel. in. c. ꝯstitutus. de rescrip. Nisi ḡ impetrās ꝓbet se expssisse verū valorē, apparet, q̄ titulus exhibitus nō est coloratus, sicut si nō probet se clericū, ſm Inno. in. c. sup his. ad h. de accuſ. Pan. in. c. bone. lo. j. de elect. & in. c. j. de lit. ꝯtestat. & ꝓbaf in. c. cū ab eo. de rescrip. cū similib. vñ sicut admittiſ exceptio negatiua, nō video cur ēt nō admittēda sit ꝓbatio, si negās velit ꝓbare negatiuā. Scđo, q̄ hec exceptio suppressi valoris est meri facti nō habens in se vllā spiritualitatē. nā valor bñficij est q̄d mere tēporale. c. ad audiētiā. de rescriptis, tradiſ p Pan. in. d. c. ad aures. de exceptionibus āt emergētibus in cā possessorij, si ꝯstat in facto, cognoscere pt iudex secularis, lʒ ex tali exceptione facti possit inferri ad decisionē iuris spiritualis, de quo nō ꝯtēdiſ, ſm Bal. in auct. & qui iurat. §. quero qualiter. C. de bo. author. iudic. possid. naʒ si incidēter emergat q̄ō de q̄titate pretij, vel de pacto de retrouēdēdo, vt q̄r negef modicitas ꝑtij, vel pactū admittēdus est actor ad ꝓbandūʒ ēt corā iudice laico, q̄ talis est q̄ō facti lʒ inferaf ex ea ad decisionē vsurariꝫ prauitatis. c. ad nostrā. de emptio. & vēdit. ſm Bar. & scrib. cōiter in. l. Titia. §. vsuras. ff. sol. mat. & in. l. omni nouatione. vbi Pan. ɔ̄ La. C. de sacros. eccle. cū infinitis authoritatibus, q̄ addoci pñt, & de q̄bus p Alc. ꝯs. lx. ꝑstātissime doctor. lib. iiij. & Pan. ꝯs. lxiij. lib. j. sic ḡ dicamus, q̄ laici iudices† possint cognoscere de q̄titate valoris bñficij, sicut cognoscūt de q̄titate ꝑtij in cā vsuraria, si emergat sola q̄stio de q̄titate, q̄ est q̄ō facti. hinc est q̄ laicus pt cognoscere de exceptione opposita p beneficiatū ꝯ patronos, q̄ iuri patronatus renūtiauerint, q̄r facti est. c. significauit. quem tex. ibi ad h no. Card. & Fel. in pñ. de testib. lʒ causa iurispatronatus sit spiritualis, seu mista. c. quāto. de iudic. sic ḡ laicus poterit incidenter cognoscere de obturatione tituli, & multo magis de suppressione valoris, q̄ magis in facto cōsistit, q̄ renūtiatio, q̄ renuntiatio nō reddit titulum inualidum, & incoloratum generaliter vt tradiſ in. c. admonet. de renuntia. sicut suppressio veri valoris, vt p Rot. decis. xix. sub rub. de rescrip. in nouis. & in regulis Bonifacij, reg. vj. bene facit, q̄ si lʒ actori ꝓbare titulum coloratum coram laico ad iustificandum possessorium, dʒ ēt licere reo ꝓbare exceptiones suas, per quas vult ostēdere titulum non esse coloratum, neq̄ iustificare possessorium. tex. est clarus, & ibi Fel. in. c. constitutus. de testib. facit reg. non debet. de reg. iur. ff. concludendum ḡ mihi vr̄, q̄ si Curia velit cognoscere de mero & nudo possessorio, & non de colore titulorum ipsarum partium, q̄ debeat manutenere antiquiorem possessorem qui pariter probauit de titulo habito ab ordinario collatore, qui dicitur titulus coloratus, vt per Inno. & alios in. c. nostris. de concess. preb. & per Feli. in. c. in nostra colū. xxxvj. de rescrip. vbi adeʒ constat de titulo colorato vtriusq̄, obtinet in possessorio qui ꝑor est tempore. d. c. lʒ cām & dixi. ā. si autem Curia cognoscere vult quis titulus sit magis coloratus, non video quare non debeat cognoscere de exceptione suppressi valoris per rationes & iura superius deducta.

¶ Epitome.

Qui prepositurā, que electiua est, muliter ꝯtulerūt, cū neque ꝑuati sunt ipso iure, neq̄ ꝑuādi potestate eligēdi, eligere possunt. Itaq̄ in electione citandi sunt, sʒ in ea re distinctio de qua h̄ seruanda est. Dubiū vero est q̄n canonici ēt illi q̄ in sacris nō sunt, in ea ꝓpositi electione vocē habeāt, cū in omnibus capituli actibus sp̄ & ex eo t̄pe cuius memoria nulla extat, tales vocē habuerint. de ea vero ꝑpositura ꝓuisio legati Cardinalis de latere, non valuit, q̄ cum non esset ipsis specialis ꝑueniēdi potestas data, ꝑuenire in ecclesia collegiata, ordinarios nō potuit. nec ēt graduatorū nominatio locū hʒ in bñficijs ad electionē capituli, spectantibus. At Papa sine dubio pt electores, nihil repugnantibus cōcordatis ꝑuenire.

SVMMARIVM

1 Electiuum beneficium proprie dicitur quando superioris confirmatio postea requiritur.

2 Collatores protestati q̄ sibi beneficium erat electiuum non intendebāt derogare iuri eligēdi, eligere pñt. & nu. 3. 4. 5.

4 Eligendi potestate ipso iure non priuari licet priuandi essent, citandi sunt.

6 Canonici sacris non initiati in electione vocem habent si ita ex tempore cuius memoria nulla extat obseruatum sit.

7 Legat⁹ ɔ̄ latere cui nō ē spālis ptās ꝑueniēdi data, ꝑuenire nō pōt maxime in ecclesijs collegiatis, ordinarios electores.

8 Graduatorum nominatio locum non habet in beneficijs spectantibus ad electionem capituli, sʒ tamen in ijs que ad collationem ordinarij pertinent.

9 Papa potest electores preuenire.

Respon. ccxij. Interpretatio.

Duplici rōne pt hmōi ꝑpositura dici electiua, vel q̄ in electione ꝓcedaſ iuxta formā. c. q̄ pp. de elect. & h mō † ꝓprie dr̄ electiua, cū ꝯfirmatio superioris postea req̄raſ. c. auaritie. cū ꝯcordāt. de electi. in. vj. vel q̄ p simplicē electionē ad illā assumaſ ꝓpositū sine alia solēnitate, & ꝯfirmatione superioris. & h mō nō erit ꝓprie electiua, sʒ potius collatiua, vt declarat Fel. in. c. in nrā corrolar. xxxij. de rescrip. Si ſm ꝑmū modū sit ex ꝑuilegio electiua, dubitationes, de q̄bus i themate ꝑtinēter formāſ. si vero dicaſ electiua ſm aliū modū, tunc ꝯstat plures ex dubitationibus esse impertinētes. Ut tñ q̄rēti ꝯsultū ad plenū satisfiat, ad singula paucis respōdebimus. ¶ Pro resolutione ꝑmi vidēdū est an hi q̄ eligēdo cōtulerūt, nō seruata solēnitate. d. c. q̄ pp. vel solēnitate ex ꝑuilegio reqsita, sint hac vice ꝑuati, vel ꝑuādi potestate eligēdi, breuiter rñdebimus, q̄ nō sunt ꝑuati ipso iure. d. c. q̄ pp. §. q̄ vero. in ꝟb. ꝑueniſ. & ibi gl. Inn. Host. Pan. & alij cōiter not. Nō ēt ꝓbaſ, q̄ Papa vtiſ ꝟbo futuri t̄pis, q̄ regulariter requirit sniam, ſm gl. cōiter approbatā in. l. in criminali. C. de iurisdict. & in. c. q̄cūq̄ in ꝟb. immodeſ. de heretic. lib. vj. & ex pluribus cōprobat Fel. in. c. Rodulphus. de rescripe. Sʒ q̄r† añ collationē, hi q̄ ꝯuenerūt forme electionis ꝯferēdo ꝓtestati sunt, q̄ nō intēdebāt renūtiare electioni, casu quo hec dignitas eēt ꝓprie electiua, dubitaſ an hec ꝓtestatio eos releuet a pena ꝑuationis faciēde p sniam. Ad istud rñdemus, q̄ nō, q̄ ꝓtestatio ꝯria ꝯsequutiua actū in depēdētibus a dispositione iuris nō releuat ꝓtestātē. c. cū M. Ferrariēsis. de ꝯsti. l. alimēta. C. de nego. gest. l. nemo pt. ff. de leg. j. ex collatione vel electione facta nō seruata forma. d. c. q̄ pp seqſ pena ꝑuationis ex dispositione. d. c. cui nō potuerūt eligētes derogare, ḡ ꝓtestatio eos nō releuabit alioq̄n eēt in facultate eligentiū effugere sp̄ penā. d. c. ꝓtestādo, q̄ dicere nō debemus. §. c. cōmissa. eo. ti. lib. vj. l. si. ad si. C. cōmu. de leg. Se forsan excusabūt ꝑtextu ignorātie, allegātes se ignorasse, q̄ hec dignitas eēt electiua. Nā ignorātia excusaſ a culpa & ꝯ̄ñr a pena. c. cognoscētes. de ꝯstit. l. si ignorās. ff. locat. cū similib. Sʒ certe in his q̄ ex officio tenemur scire, ignorātia est dānabilis, idō nō ꝑstat legitimā excusationē. c. innotuit. de elect. c. q̄uis. de reg. iur. Puota. n. sunt scire, vel debere scire. l. q̄ te. ff. si cer. pet. l. si duo. ff. de acq. here. vñ nō vr̄ excusandi q̄ ꝯ formā statutorū & ꝑuilegiorum ecclesie eligerent. Ueruntamen ſm ea que ꝓponuntur non vr̄ q̄ sint priuati nec priuandi, q̄ presupponitur q̄ vltimo immediate predecessori fuit prouisum

